Memoria est brãcha arboris hũanalis: et est de bonitate/ magnitudine/ duratiõe/ potestate/ sapiẽtia/ volũtate/ virtute/ ☧itate/ gloria/ differentia/ cõcorꝺãtia/ ꝓncipio/ medio/ ⁊ fine, maioritate/ equalitate/ ⁊ minoritate. Et ipa est posita in nũero tertio, qñ sicut homo est ex aia ⁊ corpore/ ⁊ in numer ter tiũ transit intãtũ: q̃ nõ est aia nec corpꝰ: sic memoria nõ est bonitas nec alia principia. licet sit ex ipis: q̃bus ꝓncipijs vtiꝫ fm illoꝝ naturã. ¶ Memoria ꝑ bonitatẽ est bona. cũ ita sit: q̃ bonitas vna sit de suis partibꝰ. et ideo facit opationes bonas. q̃ sunt res trãsactas recolere. ꝑ quod recolere hõ hz̃ habitũ scientie. qui bonus est. et eius priuatio eẽt mala. ¶ Memoria magna est ꝑ magnitudinẽ ⁊ eius magnitudo bona est ꝑ bonitatẽ. ⁊ propter hoc bonas facit operationes ⁊ magnas. qz magnum quid est recolere res preteritas ⁊ sensibus absentes. ¶ Quia memoria est de duratione. ideo naturã hz̃: q̃ durare faciat: q̃ preterita sunt. sicut recolere ea: que hoies antiqui fecerũt. quoꝝ opationes ꝑ memoriã durãt. q̃ ipas recolit. ¶ Memoria est de ptãte. cuiꝰ rõne põt esse h̃ qđ est: ⁊ recolere res trãsactas. ⁊ p̃t eẽ de bonitate magnitudine sapientia. ¶ Qz mẽoria cũ sapientia participat/ ⁊ cum volũtate: q̃ sunt cetere branche: hz̃ ꝑ sapiẽtiã instinctũ naturalem ad recolendũ: ⁊ hz̃ ꝓvolũtatẽ appetitũ naturalẽ ad recolẽduz. ⁊ iõ monet instinctus ⁊ appetitꝰ naturales aliaꝝ brãcharũ. ex quibꝰ est corpꝰ hois. Sicut hõ q̃ recolit aliqđ placitũ carnale. ꝑ quod recolere se mouet elementatiua ad calefaciendum/ ⁊ vegetatiua ad vegetandũ/ ⁊ sensitiua ad sentiendũ/ ⁊ imaginatiua ad imaginandũ: vt illud placitum in actu venire possit. Et idẽ est si homo recolat aliqđ diplicitũ: qđ ab aliquo homine receperat. qñ tunc se mouet ad irã ꝑ instinctũ naturalem ⁊ appetitũ memorie. ⁊ alias branchas mouet: cũ q̃bꝰ participat: cũ instinctibus nãlibꝰ ⁊ appetitibꝰ fm eoꝝ conditiones. vt possit fieri vindicta. ⁊ ideo irascuntur sepius hoies. Et si sunt patiẽtes: virtuosi efficiunt / ⁊ meritũ cõsequuntur. ¶ Qz memoria est de virtute: facit opera virtuosa. qñ virtus est res transactas recolere fm earũ cõditiões ⁊ nãs. ¶ Mẽoria est de veritate: idcirco recolit vera. Et cũ vera recolere nõ põt: ꝟiat ei ꝟrietas. q̃ est inter branchas el'atiue vegetatiue sensitiue ⁊ imagiatiue. cũ q̃bꝰ ipa mẽoria ꝑticipat. Et iõ sepiꝰ credit ☧a recolere: ⁊ re

colit in ꝓtrariū. ¶ Memoria ē de gl'ia. vꝫ de delectatione. idcirco nām hꝫ in hīdo delectationē ꝛ placitū. sicut ignis ꝙ delectat in calefaciēdo/ ꝛ vegetatiua in vegetando/ ꝛ sensitiua in sentiēdo/ ꝛ imaginatiua i imaginādo. ¶ Mēoria est de dīa intellectuali. rōne cui⁹ in se hꝫ ꝓcreta dīa que sunt de sua eēntia. vꝫ memoratiuum mēorabile ꝛ mēorari. ꝛ qz ipa est de ptāte: pōt ipa hīe. Et bonū ē: ꝙ ipa hēat: qz ipa est de bonitate. Et magnū est ei: ꝙ ipa habeat in seipa/ ꝛ ꝙ sint de sua eēntia. Et ꝓpter hoc res recolit differētes. ꝛ ipas recolere p̄t. et ei bonū est ipas recolere. Et pl'a sunt: quib⁹ est bonū ꝙ recolant. sicut amatus qui placitū habet: cū ab amico recolitur. quia bonum est recolere. ¶ Memoria est de ꝯcordantia intellectuali. ꝛ ideo branchas concordat: cum quibus participat ad recolendum ea que recolere deside rat. Que quidem branche ipam iuuāt in hoc ꝙ sunt de ꝯcordātia sicut ꝛ ipa. Et cō trarietati cōtrariant: q̄ concordātie recolendi cōtrariant. Unde fit ꝙ memoria se iungat/ ꝛ cū branchis cum quibus participat: est concordās: ē dispōsita ad recolendum. ¶ Memoria est de principio. idcirco principiū est ad recolibilia recolēdum. sicut oculi qui principia sunt ad videndū visibilia. Et quia memoria est de p̄ncipio cum recolere p̄ncipiat siue incipit illud in suo ꝓprio memorabili sibi eēntiali p̄nci piat. ꝛ in ipo assimit memorabilitates. q̄ sunt extra. q̄ nō sunt de sua eēntia. ꝛ sunt memorabiles siue recolibiles. quia cū illa participāt i corpe: cū quo est ꝯiuncta. Et per silitudines illarū branchaꝝ cū qb⁹ est coniuncta: sil'itudines aliorū entiū q̄ non sunt cū ipsa ꝯiuncta: attingit. sicut mater que suū filiū recolit/ ꝛ miles suū equū. q̄ siquidē filius ꝛ equus recolibiles sunt: iquātū ei'ati sunt ꝛ vegetati ꝛ sensati. per quos participāt gīa ꝛ spēs cū cōiuncto memorie. q̄ in sil'itudinib⁹ illius conisicti icipit accipere sil'itudines ceteroꝝ entiū ei sīmilium. ¶ Memoria ē de medio. idcirco in se habet essentiale memorari. quod est in medio memorantis ꝛ memorabilis. Et est in medio intellectus ꝛ voluntatis. vt temperate accipere possit species: quas ei cōmendant/ et eis eas restituere: quando petant: et in ipsa illas querant. Et etiam qz memoria est de medio: naturaz habet memorandi cum medio. videlicet cuz memorari fantastico. que est species multiplicata et instrumentū ad recolendum eas memoratū. ¶ Memoria est de fine. videlicet de causa finali. ꝛ ideo quietē habet in memorando memorabilia: quorum ratione creata est memoria. videlicet ad memorādum deum eiusq; operationes proprietates ꝛ dignitates. Et ē retro in occipite hominis: quia est instrumentū ad memorā dum ea: que transacta sunt et terminos il lox ꝛ species quas intellect⁹ ꝛ volūtas in ipsa thesaurizauerūt/ ꝛ lucrati in ipa fuerunt. vt faciāt habitū sciētie charitatis. ꝛ ceterarū virtutū. ¶ Memoria est de maioritate: vt sit pars substantialis aīe. q; si esset accidētaliter: dispōsita non esset ad memorandum magna/ nec hīe posset magnum recolere. cum ita sit: ꝙ magnitudo maiorem habet concordantiā cū suba ꝙ cum accidēte. ꝛ bonitas silr. ꝛ idem est de voluntate ⁊ tute veritate ꝛ gloria duratione ptāte dīa concordantia p̄ncipio medio et fine. ¶ Memoria est de qualitate. et ideo est de equalibus partib⁹. vꝫ de memoratiuo memorabili ꝛ memorari. q̄ partes eēntiales sunt illius/ ꝛ in quibus sustētatur. Et quia est de bonitate: est sua equalitas bona. ꝛ quia est de magnitudine: est magna: ꝛ quia est de durationē: durat. et quia est de potestate: potest esse. et sic de ceteris formis. ¶ Memoria est de minoritate. quia de nihilo creata est / et quia in se quasdam minores habet partes ꝙ alie. sicut sunt accidētia: que non sunt ita magna sicut partes substantiales. q̄ sunt bonitas magnitudo ꝛc̄. quarum ratione memoria est pars substantialis aīe rōnalis. Et ptes minores esse nō p̃nt de memoria: si memoria de minoritate non esset. ¶ Memoria non est de contrarietate. ꝙ si de ꝓtrarietate esset: corruptibilis esset. sed est ꝓtrarietati subiecta: inquātū branche aliarū arborū cū qb⁹ pticipat sunt de contrarietate. Quapropter homo plura facit ꝓtra memoriā in mouēdo ptes suas contra ipaz. sicut homo: q̄ ꝓtra suas ptes

tact in scindendo suam manum/aut qñ nimis laborat.aut quia comedere nō vult cum habet famē. ⁊ sic de ceteris rebus similibus istis. ¶ Dictū est de memoria et de suis partib⁹. ⁊ per ea q̄ de ipsis dixim⁹ potest haberi cognitio de memoria et de sua quiditate.q̄ cognoscendo partes cognoscitur totū . Unde sicut corpus sensatum respōdet: cū ab aliqua suarū brāchaꝝ/vl ab aliqua suarū formarū tangit. sic memoria respōdet:cū ab aliq̄ suaꝝ formarū tangit vel partiū. sicut si tangatur cū malitia cōtra suaꝫ bonitatē: cū magnitudine siue bonitatis:respondet ꝓtra malitiam.Et si cum bonitate tangatur:cum magnitudine siue bonitatis: respōdet recolēdo res bonas . ⁊ sic de alijs tactibus: per quos tangi potest. quia totidē modis respondere potest:sicut sunt partes sue/⁊ etiam in plus accidentaliter.inquantum est de concordantia . per quā respondere potest ꝓtra cōtrarietatē . ⁊ inquātū est de veritate:respondere potest ꝓtra falsitatē. ⁊ sic de ceteris. ¶ Iste tractat⁹ de memoria multū est vtilis ad sciendum/ ⁊ ad habendum habitū sciētie. et etiam ad habē dum modum ad memorādum res transactas.quia data est doctrina : quomodo hō sciat suā memoriā mouere ad recolendum obiecta affectata. q̄ memorent.que similitudinē habēt suarū partium.s.ex q̄bus est memoria.⁊ fm hoc qđ diximus in branchis ceterarū arboꝝ:data est doctrina ad applicanduꝫ similitudines illaruꝫ brancharū. vt recolentur fm earū conditiones/ ⁊ cōditiones partiū memorie. Et iste tractatus queꝫ dedimus de memoria: dispositiu⁹ est: q̄ ponatur ī arte memorativa:q̄ fieri pōt fm q̄ iste tracta⁹ significat.

¶ De intellectu q̄ est brancha spiritualis arboris humanalis.

Secundū q̄ dictū est: q̄ memoria est de bonitate magnitudine⁊ ceteris principijs:ita dicimus: q̄ intellectus ex ipsis consistit. et in tertiū numerum transit sicut memoria. Unde q̄ de intellectu tractare voluerit / ⁊ nās eius secreta inquirere:tractet ipa fm q̄ de memoria tractatum est cum suis principijs. ¶ Ad dandum melius cognitionē de intellectu ⁊ de eius naturis ⁊ cōditionibus, applicare volumus centum formas ꝓmarias:quas diximus in arbore elementali ad intellectum.⁊ ipsum cum ipsis inquirere.Et primo cum vnitate ⁊ pluralitate. ¶ Est intellectus vnus per vnitatē: sicut bonus est per bonitatem/⁊ magnus per magnitudinem. Et plura habet in se per pluralitatem.vꝫ intellectuum intelligibile ⁊ intelligere.Et ideo inquātum est vn⁹ habet naturam considerandi vnū vt vnū. Et q̄ est de pluribus rebus:naturā habet cōsiderandi plura vt plura. ¶ Intellect⁹ est de principijs simplicib⁹.vꝫ de bonitate simplici⁊ magnitudie ⁊c.⁊ iō hꝫ naturam:q̄ sit pars simplex subē ⁊ in numero simplici individuato.rōne cuius simplicitatis entia simplicia attīgit.⁊ q̄ ē de pluribus principijs compositu⁹:in hoc quod trāsit de pluribus principijs in tertio numero:sicut hō:q̄ cōpositu⁹ est ex aīa ⁊ corpore/⁊ trāsit in tertiū numerū:hoc est ī eē humanū ꝑ naturaꝫ cōpositionis attingit entia:que ex pluribus simplicib⁹ ꝓncipijs sunt cōposita. ¶ Per formam bonitatis habet intellectus nām formalem:q̄ bona est/⁊ idem est de magnitudine: idcirco in se habet intellectiuum: quod est forma cōposita ex bonificatiuo ⁊ magnificatiuo. Et q̄ est de bonitate mālī:inquātū est bonificabilis/⁊ est de magnitudine:quia est magnificabilis:naturam habet materialem:que est intelligibilitas.Et intelligere hꝫ per bonificare magnificare ⁊c. ¶ Intellectus est de bonitate generali:in hoc: quia est de vna bonitate:ex qua est memoria ⁊ voluntas.⁊ idē est de magnitudine generali.⁊ ideo naturam habet considerandi entia generalia . Et quia bonitas sua est ei specialis ⁊ propria/⁊ a bonitate speciali memorie ⁊ voluntatis distincta: habet naturam considerādi specialia.Et per hanc naturam considerat logicus ,genera ⁊ species entiū naturaliū. ¶ Intellectus habet intra seipsum naturā.q̄ est ps sue essentie.sicut propria intelligibilitas.⁊ extra suam essentiam aliam habet intelligibilitatem.que nō est de sua essentia.sicut intelligibilitas pomi leonis ⁊ caloris ignis:⁊ ideo trāsit ad cōsideranduꝫ

naturas extra cū naturis: q̄ sunt intra. q̄ cōcordātiā hꝫt i gñe ⁊ spē cū illis q̄ sunt extra. ¶ Intellectꝰ ē de bonitate: q̄ ē forma abstracta. ⁊ est de ꝯcretis: q̄ habēt intra formā. hꝫ est bonificatiuū bonificabile ⁊ bonificare. ⁊ ideo nām habet ad ꝯsiderandū formas: q̄ sunt i abstracto/ ⁊ ad inclinandū se suis ꝯcretis/ illa intelligēdo. ⁊ iō accipit habitꝰ sciētiaꝝ. ¶ Intellectꝰ nō est de gñatione. ꝙ si esset: oporteret ꝙ esset fin cursum nālē de corruptiōe ꝓ quā nām priuatiōis hēret. Sꝫ qz coniunctus est cū substantia corꝑali: que est ex arbore ekali vegetali ⁊ sensuali ⁊ imaginali generata: attingit cōsideratiōes gñatiōis corruptionis ⁊ priuatiōis. ⁊ hꝫ passionē per corruptionē ⁊ priuationē conflicti: inquā tū suas ꝑfectiones ꝯplere non pōt/ nec ab ipsis impfectiones remouere. q̄ sua organa ⁊ instrā impedilit ad intelligendū intelligibilia. ¶ Intellectꝰ participat cum entibus: que sunt de subtili ⁊ grossa materia. sicut corꝑus ei coniunctum. quod per ignē est de subtili materia/ ⁊ ꝓ terrā est de grossa. Et etiā ꝓ vegetatiuā mām hꝫ magis subtilē. ⁊ per sensitiuā magis subtilē. ⁊ per imaginatiuā magis subtilē. idcirco intellectus accñtaliter nām hꝫ subtilē ad intelligendū res intelligibiles. Et cū ē de grosso ingenio: hoc est rōe organoꝝ et instrumētoꝝ. q̄ ingrossata sunt per grossam māz. sicut hoīes flegmatici. q̄ nāl'r ita subtile ingeniū nō hꝫt sicut colerici. melācolici tñ sunt de subtili ingenio. lꝫ sint de cō plexione siccā ⁊ frigida. et hꝫ est per accñs. vꝫ rōne memorie. q̄ maiorē hꝫ cōcordātiā cū illa cōplexione q̄ cū ceteris. qz eius nā est species retinere rōe ꝟstrictionis. aque etiā de nā sui est: ꝙ sit ampla rōne vacuitatis terre. quā habet terra. vt ex ipsa exire ⁊ nasci possint ⁊ nutriri plures substantie. ¶ Intellectus natura nō habet: ꝙ sit leuis nec ponderosus. sed qz participat cū leuibus ⁊ ponderosis: accidētaliter' intelligit leuius ī vno tēpore q̄ ī alio. sicut hō ieiunus: in quo intellectus melius dispositus est ad intelligendum q̄ in homine nō ieiunno. in quo cibaria sunt indigesta. ¶ Plenitudo intellectus est suum intellectiuum intelligibile et suum intelligere. et quando se habet ad finem: quare est. Et sua vacuitas est: qñ se non habet ad finē: quare creatus est/ ⁊ quādo est cōtra finem suoꝝ principiorū. vꝫ cōtra finē bonitatis siue ⁊ magnitudinis siue ⁊c̄. Et hoc est tūc cū sepius ⁊ cū maiori deliberatiōe nās ceterarū arboꝝ considerat q̄ naturā arboris intellectualis. de q̄ est vna pars ⁊ vna branch̄a. ¶ Intellectus est ex parte. vicꝫ ex bonitate magnitudine: ⁊ ceteris principijs. Et ideo est totꝰ ipsemet. quia omne ens quod fit de partibus: oꝫ ꝙ totū sit ad illas partes: quapropter inquātū totuꝫ ē nām hꝫ ad intelligēdū totalitates entiū. Et quia de partibꝰ est: naturam hꝫ ad intelligēdū res partiales. ¶ Intellectꝰ participat cū entibꝰ intensis/ ⁊ cū entibꝰ extensis. vꝫ cū intēso calore corporis cū quo coniunctus est. et cū intensa bonitate sustentata in suis intensis concretis. Idcirco nām habet intensam ad cōsiderandū intensitates rerū. Et qz participat cū entibus extensis: naturā hꝫ ad considerandum extensitatē pluriū colorū sub vno colore. de quo coloratū est corpus cū intellectu coniunctum. Et quia participat cum extensa bonitate et extensa magnitudine duratione potestate ⁊c̄. hꝫ naturā ad cōsiderandū in entibꝰ extensis q̄dā in alijs. ¶ Intellectus stat in statione ⁊ motu accidētaliter. qz cū entibꝰ q̄ sunt in loco: participat. sicut cū corꝑe: cū q̄ ē cōiunctꝰ. qꝫ sic dē corꝑ stat in loco/ ⁊ ē mobile de vno loco in alium. Idcirco intellectꝰ accñtaliter stat in loco ꝓ corpus/ ⁊ per corporis motum est motꝰ de vno loco in aliū. qm̄ ꝓ corporis motum mouetur. ⁊ ideo mouendo corpus seipsum mouet. Et sicut est mobilis per corpus localiter transit per medium accidentaliter mediante corꝑe. cuꝫ ita sit: ꝙ corpus de vno loco in aliuꝫ trāsire non posſit: nisi transeat per medium. Et in hoc passu haberi potest cognitio ꝙ intellectus per corpus in vno loco existēs fin suam naturā nō transit per medium ad intelligenduꝫ obiecta: que sunt extra: ⁊ ita cito intelligit illa: que sunt a longe: sicut illa que sunt ꝓpe. Et ideo est significatum: ꝙ cū a corꝑe sit separatus: ita cito est in locis remotis sicut ī locis ꝓpiꝙs.

ꝛ ad illa loca monet: q̃uis ꝑ mediũ non trãseat fin suã ꝓpriã nãm.cũ nõ sit corpus.de cuius nã est per mediũ se mouere. ¶ Durũ molle amplũ nec ꝓfundus non sunt ptes intellect⁹.qꝛ forme sunt:q̃ spectãt ad subam corpalẽ.sꝫ qꝛ intellect⁹ cõiunctus est cũ corpe illis formis subiecto: accñtaliter ĩ illis ptib⁹ ꝯsistit.ꝛ ꝑ participatiõem quã hꝫ cũ ipsis:eaꝝ silitudines in subiect⁹ extra sustẽtatas attingit. ¶ In intellectu cõsistit potẽtia obiectũ ꝛ actus ꝓprie ꝛ appropriate. ꝑ sicut suũ ꝓpriũ intellectiuũ ĩtelligibile ꝛ ĩtelligere.appropriate:sic̃ potẽtia visiua.q̃ cũ intellectu ꝑticipat/ꝛ obiectũ qđ est visibile sil'r.ꝛ idꝫ est de videre. Et iõ ĩtelligit intelligibilitates entiũ visibiliũ visitinoꝝ/ꝛ entiũ: que sunt videre:vt ita loquar q̃ in suo appropriato intelligibili attingit qđ nõ ẽ de sua essentia.sicut est intelligibilitas coloꝛis aut visus visitiui leonis pomi vel imagiationis. Et has intelligibilitates que sunt extra:denudat ab intelligibilitate fantastica ex intelligibilitatib⁹ realib⁹ abstracta.ꝛ suã ꝓpriã intelligibilitatẽ ex ipsa induit ꝛ suũ intelligere.ꝛ sic intellect⁹ indutus est de habitu scie. ¶ In intellectu est primũ p̃ncipiũ. ꝛ ꝑ istud primũ entia accedẽtia attingit:sicut sunt maxĩe:q̃ antecedẽtia sunt ad ꝯclusiones. Et attingit res secũdarias.qꝛ est de medio.idcirco attingit maximã minoꝛẽ.q̃ ꝯsequẽs est ad maximã maioꝛẽ. Et attingit tertiũ nũerũ sube indiuiduate ex plurib⁹ ptib⁹ multiplicate ꝛ in tertio nũero posite.ꝛ hoc facit:qꝛ est de fine.q̃ est vnũ de suis p̃ncipijs ꝑ quẽ ẽ posit⁹ in tertio nũero/ꝛ de suis ptibus ꝯstitut⁹.in quo sl̃q̃dẽ nũero ẽ vna brãcha hui⁹ arboꝛis. ¶ In intellectu nõ est nã cremẽti siue augmẽtationis nec diminutionis:inquãtũ est ꝑs spũalis sube. Sꝫ accñtaliter crescit vel diminuitur in habitibus:quos accipit fin bonitatẽ acq̃sitaꝫ vel magnitudinẽ/ virtutem / veritatẽ/vel sapĩam. Et hoc facit rõne ptiũ:cum quibus participat.quarum ratione habitus quos accipit:crescunt vel diminuuntur in cremento siue in augmentatione vel diminutione ipsarum. ¶ Dispositio proprietas ꝛ proportio sunt forme:que sunt ĩ intellectu. ꝯ dispositionem dispositꝰ est ad intelligẽdũ fin dispositionẽ suiipsius et dispositionem suarũ ptiũ cũ quib⁹ participat in ꝯiuncto. Et hꝫ ꝓprietatem in se ad intelligẽdum.ꝛ habet proprium intellectiuũ ꝛ intelligibile.ꝛ qꝛ habet ꝓpriũ eẽ sunt suo esse appropriate partes proprie. quẽadmodũ bonitas existens ꝓprie sub spẽ intellect⁹.ꝛ idẽ ẽ de magnitudine et alijs ptibus ex qb⁹ est ꝯstitutus. Que sic̃ dem ptes in illo ꝓportionaliter consistunt. ꝛ ideo ꝓportionaliter respondet ꝓportiõi ptiũ:cum quibus est in cõiuncto. ¶ Conditio/intentio/ordo/ꝛ operatio sunt forme q̃ sunt in intellectu:cum quib⁹ respondet ptibus:cũ qb⁹ ẽ in ꝯiuncto.qꝛ fin suã intentionẽ intẽtioni corpis respondet.et iõ corp⁹ ꝯditionat/ꝛ ordiãt: vt opationẽ hꝫ fe possit ad sequẽdũ finẽ siue ĩtẽtionem: q̃re est.q̃ est deũ ꝛ res veras cognoscere. ¶ Influẽtia ꝛ refluẽtia sunt forme: que sunt in intellectu.sub quaꝝ ratiõe influit ꝛ refluit suũ intelligere ꝛ suã virtutẽ/potestatẽ ꝛ magnitudinẽ/ꝛ suã bonitatẽ corpori ꝛ eius ptib⁹:cũ qbus est cõiunctus/ꝛ qbus influit vitã sustentatiõeꝫ ꝛ informationẽ. Et id qđ ei dant:elsdẽ refluit vt deũ intelligere possit/ꝛ entia sil'ia in genere ꝛ specie suis ptib⁹:cũ quib⁹ est coniunct⁹. quapropter suũ intelligere de plurib⁹ rebus diuersis in generib⁹ ꝛ specieb⁹ ꝯsistit. Et cũ cessat influẽtia ꝛ refluẽtia: deuenit hõ in ꝑuationeꝫ ꝛ mortẽ/vel in priuationem intelligendi. ¶ Productio ortus et exitus sunt forme:ꝑ quas intellectus suũ intelligere ꝓducit.quod nascit̃ ex intelligibili/ꝛ exit ĩ intellectiuitate.sicut homo q̃ intelligit semetipsum hoĩeꝫ esse/aut aliã rẽ intelligit. Ideirco intellectiuũ nãꝫ habet ꝓducendi silitudinẽ rei intellecte. vt per illã silitudinẽ cũ illa possit ꝑticipare. Que siquidem similitudo nãm hꝫ exeundi ꝛ nascẽdi in suã spẽm.q̃ est opus intellectiui ꝛ itelligibilis.quoꝝ realitas significat̃ in eoꝝ opere qđ est intelligere. Et in hoc passu est significatum: ꝙ species fantastica quam intellectus multiplicat:nascitur de intelligibilitate.ꝛ stat ꝛ nascitur in intellectiuitate.ꝛ ideo silitudo est amborum. ¶ Separabilitas ꝛ inſepa-

rabilitas sunt forme: que cõsistunt in intellectu. sicut intelligere reale: quod ē de essentia intellect⁹ qđ nūq̄ suū ꝓpriū subiectū dimittit. qđ si illđ dimitteret: nõ eēnt nālia nec subalia intellectiuitas ⁊ intelligibilitas in ītellectu. imo eēnt in ipso forme accītales. que de sua essentia nõ eēnt. Et intelligere qđ nõ separaī ab ītellectu: aliud est ab intelligere: qđ ē spēs fantastica multiplicata ex similitudine realis intelligere. qđ suū ꝓpriū subm nõ dimittit. Quod siqdē intelligere hz nām: q̄ eius similitudo appareat in illa spē. quā intellectus multiplicat ex ipso ⁊ ex intelligibili ⁊ ex seipso. s. intellectu. Et hec spēs fantastica vadit ⁊ venit. ⁊ eius particularia renouanī/⁊ in priuationē deueniūt. ita q̄ vnū intelligere nõ est aliud. sicut qui faceret vnū clauū: ⁊ postmodū destrueret illū: ⁊ q̄ iterū ex eodē ferro clauum faceret. figura primi clauī nõ esset figura vltimi. q̄uis amboꝝ materia semper cadē ī numero remaneret. Et hoc significatum est in magnitudine ⁊ paruitate ipsius intellegere. quoniã in vno tempore habet homo magnū intelligere ⁊ in alio paruuz. idcirco opz q̄ numerus amboꝝ sit in quãtitate distinctus. ¶ Sicut in pomo cõsistit visibilitas inquantuz ē visibile/⁊ tangibilitas similiter inquãtum est tangibile/et etiam odorabilitas inquãtū est odorabile: ita in ītellectu ē similitudo: inquãtū est intelligibilis. sine q̄ similitudie nõ posset eē intelligibilis. cū ita sit q̄ intellectuum se hr̄e nõ posset supra intelligibile sine medio. qđ ē similitudo: cū qua ītelligit intelligibile. Et sicut in ipso stat similitudo ītelligibilitaī: cū ītelligit: ita stat ī ipō dissimilitudo ītelligibilitaī: cū ignorat eius qđ nõ ītelligit. q̄ siqdē ignorãtia ē dissimilitudo ītelligēdi. sicut vmbra q̄ ē dissimilitudo luminis. ¶ In intellectu stat natura. ꝑ quā nām habet intelligēdi/⁊ ex ouã nā nascitur similitudo: q̄ est intelligere. Ūsficut ītellectus bonus est per bonitatem/et magnus per magnitudinem/et ignis est calidus per calorem: sic intellectus per naturam sui intelligere potest intelligere. que siquidem natura est ei propria. sicut natura calefaciendi: que est propria igni.

Idem est de natura videndi: que spectat ad oculos. ¶ Intellect⁹ participat cū corporalitate. ratione cuius ceteras corporalitates attingit: cum quibus non est contunctus. sicut gustus in gustando modicū de aqua maris: totam aliam partez aque maris salsam iudicat: quam non gustat. Et in hoc passu est significatum quomodo cum vna parte cum eo comixta attingit totuz. sicut gustus in gustando q̄ cum vna parte que est gustabilis: quaz gustat: ceteras partes iudicat eē gustabiles. que dispōsite sunt: q̄ gustentur in illa qualitate: in q̄ illa ꝑs gustaī: quā gust⁹ attingit. Sicut faber q̄ vnã eādē mām ferri trāsmutat de vna figura ī aliã: vtpote de cultello facit clauū: sic intellect⁹ vnã eādē mām intelligendi de vno intelligere ad aliud transmutat: sicut in pomo ⁊ equo. in qb⁹ est intelligibilitas: inquantum dispōsita sunt q̄ intelligantur. Et intellectus vnuz habet ītelligere: cū pomū intelligit ⁊ aliđ cū intelligit equū. Idcirco stat transmutatio vnius intelligere in aliud. q̄ siquidē transmutatio fit propter diuersitatem obiectorum intelligibiliū. Et intelligere stat vnum fm vnitatem potentie intellectiue. Et in hoc cognoscitur q̄ vnus est habit⁹ scie fm potētiã ītellectiuã. ⁊ plures sunt habitus sciarū fm diuersas intelligibilitates illarū. ¶ Lux ⁊ vmbra sunt forme: cū qb⁹ intellect⁹ pticipat. vz cū luce ignis/⁊ cū vmbra terre: q̄ sunt ptes corpis: cum quo intellect⁹ ēcōiūct⁹. Et q̄ in ītellectu est intelligere: sicut lumē qđ illuminat intelligibilitates entiū intelligibiliū: ⁊ cū illo lumīe intellect⁹ ipsas attīgit: inter intellectū ⁊ ignē maiorē ꝓcordãtiã q̄ inter ipm ⁊ terrã: q̄ sua ignorãtia est vmbra intelligēdi: ī q̄ intellect⁹ nõ attingit res ītelligibiles: q̄ sunt ī vmbra ignorãtie. ¶ Linea ⁊ pūct⁹ sunt forme cū quib⁹ intellect⁹ pticipat inquãtū cōiūct⁹ est cū corpe: cum⁹ linee ⁊ pūct⁹ sunt p[illegible]nãles. Et tō linea⁊ pūct⁹ cū qb⁹ intellect⁹ pticipat: sunt media: cū qb⁹ attingit lineas ⁊ pūcta subaꝝ q̄ nõ sunt cōiuncte cū illo. Et hanc attinctionē facit rõne similitudinū quorūdam pūctorū ⁊ aliorꝝ. ⁊ q̄rundã linearū ⁊ alic[illegible]rum: que sunt sub genere corporalitatis.

Et in hoc passu significatū est: ꝙ intellectus citi⁹ tāgit partes illoꝝ: cū ꝙb⁹ ꝓiunctus est cū aliq̄d intelligit: q̄ partes cum ꝙbus nō est cōiunctus. sicut man⁹: q̄ antetāgit pennā q̄ penna lfaz. ⁊ tō multiplicat ab sil'itudines partiū: cū ꝙb⁹ est coniūctus. ¶ In ītellectu sunt rectitudo superficies ⁊ figura forme: p q̄s intellect⁹ coniūctus se hz ad itelligēdū: q̄ siq̄dē fore sunt ex cētia ⁊ nā corpis indiuiduatis: cū quo intellect⁹ est cōiunct⁹. ⁊ ex ipis ita est habituat⁹: sicut hō tūica indut⁹. ⁊ suba ex'colore colorata. Et iō intellect⁹ rōne hītuū quos hz p corp⁹ se hz ad hītus corpales. ⁊ ꝓsiderat rectitudies hz hītū rectitudis. ⁊ hz superficiē: sm hītū superficiei. ⁊ hz figuras: sm hītū figure. Et i hoc passu habet cognitio: ꝙ intellect⁹ accipit primo hit⁹ partiū: cū ꝙb⁹ ē cōiūct⁹. ⁊ i quolibet hītu se hz ad pl'es terminos sub vno hītu scie ꝓsistētes. ¶ Pd artes masculine ⁊ femininc pticipāt cū intellectu īquātū sunt partes corpis cū ipso cōiūcti. sicut visitiuitas ⁊ visibilitas calefactiuitas ⁊ calefactibilitas vegetatiuitas ⁊ vegetabilitas tē. ⁊ q intellect⁹ hz intellectiuitatē ⁊ itelligibilitatē: est cōcordātia īter q̄sdā ptes ⁊ alias arboris hūanalis. rōne cui⁹ cōcordantie partes corpales dispositē sunt: vt itelligātur/ ⁊ itellectiuū ad itelligēdū. ¶ In intellectu sunt itellectiuū intelligibile ⁊ itelligere mēbra: q̄ hīt cōcordantiā cū ramis sensus cōis. sicut cum visitiuo visibili ⁊ videre. auditiuo audibili ⁊ audire. ⁊ sic de alijs sil'ibus istis. Et de hac cōcordātia q̄ est inter vnā mēbrū ⁊ aliud dispositē intellect⁹ ad itelligēdū res: q̄ sunt rami brā charum. sicut pr ⁊ mater: q̄ concordantiā habent in amare filium: q̄ eoꝝ similitudines repsentat. ¶ Intellect⁹ habet plura instrumēta ad intelligēdum. quoniam omnia instrumēta aliarum arborum forme sunt: cum quibus intelligit intellect⁹. sicut elementare: quod est instrumētum: cum quo fit elemētatum. ⁊ vegetare: cum quo fit vegetatum: ⁊ sic de sentire et imaginari. Et hec omnia sunt forme cuz quibus intellectus suuz intelligere producit. quod est instrumentum intellecti ⁊ etiā intellectiui. quod mouet ītelligere. qđ intellectum induit. Sicut martellus: qui mouet figurā clauī: de qua induit subam clauī. Trāsit ergo intellect⁹ ad intelligēdū cū oībus instīs elatū/ vegetatū/ sensatū/ imaginatū/ rationatū/ ⁊ humanatū/ ⁊ cetera supposita his sil'ia. ¶ Intellect⁹ nutrit suū intelligere cū suis nālib⁹ cōditionibus ⁊ cū cōditionibus aliaꝝ brāchaꝝ. qz ī hoc ꝙ intellect⁹ seipm inclinat ad intelligendū entia bona suū intelligere nutrit cū nā bonitatis. Et quō hz appetitū ad intelligēdū magna: nutrit suū intelligere magnū cum natura magnitudinis. Et quōvult finē intelligere ꝓpter quē est: tūc suū intelligere nutrit cū naturis. Et q̄n vult corp⁹ intelligere: suū intelligere nutrit intelligendo cōditiones corporis. hoc est longū amplū ⁊ ꝓfundū ⁊ ceteras ei⁹ cōditiones. Et in hoc passu significat modū: rōne cui⁹ nutriti sunt hītus sciaꝝ. ⁊ quō p ꝓiū modū sunt habitus sciaꝝ destructi. Impressio est forma: q̄ est in intellectu. ⁊ est de intellectiuo ⁊ intelligibili. qđ siquidē intellectiuū suā sil'itudinē imprimit ī intelligibilitate: que sil'itudo in intelligere apparet. ⁊ hāc nām impressionis habet intellect⁹ gñaliter rōne suaꝝ partium. ⁊ stat impressio nālis ⁊ spālis. sicut in sua bōitate nāli: in qua bonificare est impressum ⁊ vestigiū. ⁊ sic de alijs rebus. Et rōne hui⁹ impressiōis gñalis ex pluribus multiplicate. ⁊ rōne impressionū: q̄ in arborib⁹ cōsistūt: cū ꝙb⁹ intellect⁹ participat: hz intellect⁹ nām ⁊ ꝓprietatē ad intelligēdū suā sil'itudinē imprimēdo inentibus intelligibilib⁹: vt ex ipis trahat intelligere: qđ est impressio siue caracter entiū intellectoꝝ ⁊ entis qđ ipsa intelligit. ¶ Intellect⁹ est de bonitate magnitudine ⁊ ceteris formis primarijs. Ān in quātū bonitas suā sil'itudinē dat magnitudini: est magnitudo bonitate iduta. ⁊ hoc qđ magnificat: ei⁹ bonitas accipit in sua specie. sicut gustus q̄ in sua spē accipit illud: qđ ex gustare venit. Et p hūc modū intellectus accipit in sua spē nāz. que sibi venisit ex suis ptibus inquantū ipas induit ex sua essentia. in cuius concretis conuertit bonificare in bonum intellegere. et idem facit de magnificare in ma-

gnum intelligere. ⁊ p hanc naturam quã habet in se habet cõcordãtiam cũ insertionibus aliar arborũ: quas trãsit ad intelligẽdum p illam cõcordãtiaz. ¶ Perfectas ⁊ indiuiduitas ⁊ attractio sunt forme: ex quibus intellectus est induc⁹. ⁊ ita est per perfectatem hoc: quod est. sicut est bonus per bonitatẽ. ⁊ per naturã indiuiduitatis est indiuiduatus: inquãtum de bonitate generali ipse memoria ⁊ voluntas specialem bonitatem quelibet per se habent indiuiduatã. que stat sub sua perfectate ⁊ numero. ⁊ idem est de sua specali magnitudine ⁊ de ceteris prĩcipijs. Ideo circo habet intellect⁹ naturã ⁊ ℞tutẽ attractiuã: p q attrahit de bonitate virtutem ad intelligẽdum: q̃ sit bonũ ⁊ virtuosum. ⁊ de magnitudine ſ̃r. Et etiam per virtutẽ attractiuã attrahit virtutem aliar arbor ad intelligere suum. vt illar subiecta intelligere possit. ¶ Necessariũ ⁊ cõtingẽs sunt forme: in quib⁹ intellect⁹ de necessitate cõsistit fm suas conditiões nãles. per q̃s nãles intelligibilitates attingit. sicut oculi qui naturaliter colorẽ attingunt. ⁊ gustus in gustando: qui naturaliter attingit saporẽ. Et forma cõtingentie est per accidẽs: quia intellectus attingit fm dispositionẽ aliarum arborũ. q̃ in vno tpe dispositẽ sũt: q̃ ĩtelligãtur. ⁊ i alio nõ. ⁊ p vnũ modũ. ⁊ p aliũ nõ. Sed ĩtellectui est ita ꝓpriũ intelligere: sicut igni calefacere lignũ quod ardet. tamen cum aqua ei ꝓiscitur: cõtingit: q̃ illud calefacere nõ põt. ¶ Perfectio ⁊ imperfectio sunt forme: quibus vtit intellect⁹. pfectione vtit: in quãtuz se hz ad finẽ: quare est. vz ad intelligẽdũ deũ ⁊ cetera entia vera cũ virtute ei⁹ principior. Et cũ impfectiõe vtitur: tũc se hz cõtra fines ꝓpter quẽ est creat⁹. hoc est: cũ intelligit entia vera cõtra ℞tutem suor principior ⁊ eius sororũ. q̃ sunt cetere brãche aĩe. sicut si intelligeret falsitatẽ/ ⁊ volũtas diligeret. Et in hoc passu est significatũ: q̃ vna potẽtia ĩ vitiũ cadit p aliã accidẽtaliter. ¶ Vita est forma: q̃ est vna ps ĩtellect⁹: sicut bõitas. q̃ sicut p bonitatẽ hon⁹ est: sic p vitã viu⁹ est. p quã vitã hz nãz viuificãdi ceteras arbores dispositas: q̃ viuificent p ipm. sicut sunt arbor vegetalis sensualis ⁊ imaginalis: que sunt mote per ipm ad vitã: si cũ illo sint coniuncte. ¶ Vtitur intellectus colore: inquantũ ipm colorẽ intelligit. Et idẽ de ceteris brãchis arborũ sensualis: q̃ sunt intelligibiles. quar intelligibilitatẽ trahit intellect⁹ ad suã intelligibilitatẽ propriã. ⁊ in ipsa illas intelligit. sicut spera lune: q̃ sibi aquã attrahit in spera ignis. ⁊ in illa ei dat suũ bñficiũ. Et sicut aqua cũ suis cõditionibus venit ad accipiẽdũ influẽtiã ⁊ bñficiũ a luna in spera ignis. ita intelligibilitates arbor veniũt ad accipiendũ influentiã fm earum conditiones in intelligibilitate intellect⁹. sicut visus: qui cum intellectu est coniunctus: venit ad accipiendũ bñficiũ: inquantũ ipe visus intellectus est per intellectũ sub ratione coloris: quẽ intellectus intelligit. ⁊ p ipm: intelligit potẽtiã visiuã: que colorem accipit. cui⁹ est obiectũ. ¶ Vigilare cõsistit p intellectũ. ⁊ dormire p ociositatẽ ipius intellectus. Et ideo hoĩes qui intellectu multũ vtũtur minus dormiũt q̃ alij. Et somniare inter intelligere ⁊ ignorantiã cõsistit. sicut dubitatio: q̃ est inter affirmatiuã ⁊ negatiuã. Et illud propter q̃ vigilare p intellectũ cõsistit: est: q̃ intellectus trahit instra ad suũ intelligere. que siquidẽ instra sunt aliar arbor. quibus operat: vt intelligere possit. sicut calefacere: vt possit intelligere calefactũ. ⁊ sicut videre: vt possit intelligere obiectũ visum. Et illud ꝓpter q̃ in dormire ociositas intellectus consistit. est: q̃ flores ceterarum arborum quietem habẽt. q̃ agẽtia eor naturalia fessa sunt in mouendo ipsa. ⁊ ideo intellectus nõ habet: cũ quo possit operari in attingendo obiecta corporalia. Et ratio quare somniare est inter vigilationem ⁊ dormitionẽ: est: q̃ intellectus attingit in parte aliquas similitudines realiũ visibilitatũ. ⁊ in pte ipsas ignorat: q̃ ei⁹ instra disposita nõ sunt: q̃ ex ipsis bonũ operari possit. sicut faber: qui cũ paruo martello magnũ clauũ operari non potest. ¶ Gaudiũ ⁊ ira sunt forme que sunt in intellectu in parte fm suã ꝓprietatẽ. ⁊ in parte fm naturã voluntatis. fm suã naturã: inquãtũ inclinationẽ

habet ad placitū p sui istinctū nāle vt intelligere possit. Et qñ impedit ad itelligēdū: inclinationē hz p instinctum nāle ad irā. ꝛ ad hoc mouet volūtas ī amādo intelligere. p cui⁹ amare hz itellect⁹ placitū i itelligēdo. Et qñ volūtas odit itelligere tūc mouet itellect⁹ ad irā ꝺ volūtatē hz instictū nāle. ¶ Per itellectū sanitas cōsistit in corpore vel infirmitas. qñ fin qꝺ intellectus in intelligēdo delectatur: corpus (cū quo est cōiūctus) viuificat: sī tamē res delectabiles itelligit. Et si res corpori nocuas intelligit: corp⁹ ꝛ eius ossa desiccat. ꝛ sic est cā sanitati corpis aut infirmitati. Tamē fin seipsum dispositus est ad habēdū sanitatē aut infirmitatem spiritual'r. ꝓ dispositus est ad sanitatem inquātū sua pricipia dirigit ad finē ꝓpt quē sunt. sicut bōitatē ad bōificādū. qꝺ si deuiat illa a fine ꝓpter quē sunt: tūc infirmat ꝓ peccatū. ¶ Industria est forma cū q̄ intellect⁹ pticipat. q̄ industria venit ex pte sensitiue et aliaꝝ arboꝝ. Et illa īdustria ē ei instrumētū quomō modū aīalū accipiat quē hñt ī viuēdo ꝛ plāte ī vegetādo. sicut vulpis: q̄ industriā hz in venādo. ꝛ sarmētū: qꝺ hz industriā se ligādi ī ramis arborū: in quibus ascēdit: ꝛ sic de alijs rebus sīmilibus istis. ¶ Intellect⁹ ē ps subalis aīe rōnalis. ꝛ ei⁹ cēn⁹ est itelligētia: ꝛ ē ens inquātū ē suppositū de ꝛcret⁹ eēntialib⁹ plenū: q̄ sunt intellectiuū intelligibile ꝛ itellegere. Est pars subalis anime: qꝛ est de partibus subalibus: videlicet de bonitate subali magnitudie ꝛ ceteris. Et itelligentia ē eius essentia: īquātum equaliter sua realia concreta essentialia cōsistunt sub essentia sua. Et est ens inquantū cōpositus est ex partib⁹ subalibus ꝛ accītalib⁹. cōpositus est ex subst̄ātialib⁹: vt dictū est. ex partibus accidētalibus: vt in folijs huius arboris dicere intendimus. ¶ Dictum est de centum formis primarijs. ꝛ fm qꝺ applicate sunt ad hūanū itellectū: eo mō applicari pñt ad volūtatē fm suas ꝺditiōes.

¶ De volūtate que est brancha spiritualis arboris humanalis.

VOluntas est de bōitate magnitudie ꝛ ceteris formis spiritualibus: que se habēt ad ipsaz cō stituendā: sicut plures linee ad vnū punctū. Aī sicut homo vtit suis ptib⁹ calefaciēdo/vegetādo/sentiēdo/et imaginādo: sic volūtas vtit velvti debet bōitate magnitudine ꝛ ceteris. ꝺz vti bonitate: qꝛ naturaliter est bona. ꝛ magnitudine similiter. Et quia libertatē hz vtendi suis ptib⁹: potest acquirere aliā bōitatē: q̄ accītalis est ꝛ meritoria ꝛ moralis: que virtus vocat. sicut iustitia: que est bona. ꝛ sic de alijs. ¶ Voluntas in homine est cōiūcta cum branchis ceteraruz arborum. vz cū igne: qui est vna brancha arboris elalis: q̄ naturalem habet appetitum calefaciendi/ꝛ siccitatem recipiendi. Et voluntas naturalem habet appetitum diligendi ignis appetitus cum ipsos habeat fin cursum naturalem. sicut hō: q̄ cum habet frigus: magnum habet appetitum per ignem: qꝺ calefiat. ꝛ illum appetitū diligit volūtas. quia corpus diligit: cum quo est coniuncta. Idcirco fit cōcordantia inter voluntatē ꝛ appetitū ignis. que bona est ꝛ magna ꝛc. Sed cū ignis appetituz habet ad nimis magnū calorē: quia volūtas aquā diligit cum iustitia: frigiditatem diligit contra nimium calorem. idcirco hominē mouet ad comedenduz res frigidas: ꝛ ad standū in locis frigidis: ꝛ ad vestiendum paucas vestes. ¶ Vegetatiua amabilis est: qꝛ est bona ꝛ magna/ꝛ qꝛ per illam viuit corpus ex his que sunt extra. que vegetatiua conuertit in naturas corporis. Et quia est amabilis: voluntas diligit eam. Idcirco diligunt homines sapores ī quibus appetitiua delectatur/amaritudines euitando. q̄s appetitiua nō requirit in retentiua neqꝫ in digestione. Tamen quando appetitiua delectationem requirit cōtra bonitatem voluntatis: si voluntas illam delectationem diligat: suum diligere non est bonum/immo est vitiosum: inquātum diligit contra bonitatem ꝛ iustitiā. Idcirco homines qui sunt iusti in vegetatione: diligunt temperantiam: cum qua refrenant appetitiuam contra indebitaz delectationē. vt volūtas conseruare possit bonitatem suam: que diligibilioꝛ est q̄ delectatio in vegetatione. Et si homo cōtrariuz faciat diligit plus ea: que minoꝛa

sunt/ q̄ ea que sunt maiora. Et ideo stat vitiosus in peccato ꝛ in culpa. ¶ Voluntas diligit sentire invidendo/audiēdo/ ꝛ odorando bonos odores/ꝛ in gustando/ tāgēdo/ꝛ i loquēdo. Et hoc facit qz naturaliter diligit partes: cū quib⁹ est ꝓiucta. idcirco corpus mouet ad videndum pulchra: quia pulchra placentia sunt ad vidē dum. Et mouet corpus ad audiendum verba pulchra. ꝛ sic de ceteris delectationib⁹ sensualibus: in quibus corp⁹ delectatur ꝛ inuenit placitū. Et qz naturaliter voluntas plus diligere dz iustitiā in amare sūi in magnitudine bōitatis q̄ delectationē sensus i sentire. si i sentire maiorē diligat delectationē q̄ in amare intelligere vel recolere: facit ꝫ magnitudinem sui amare. sicut homines qui plus diligunt pulchritudinem mulier ratiōe sensus in sentiendo q̄ pulchritudines ipsius voluntatis intellect⁹ ꝛ memorie in amādo/intelligēdo/ꝛ recolēdo. ¶ In hoīe contincte sunt volūtas ꝛ imagiatiua: ita sicut ptes q̄ cōtinguntur: vt sit totū. Añ cū inclinationem habet amādi sensitiua: imagiatio ē eius instrumētū: inquātū itellect⁹ in illa imagiatur placita sensualia: ꝛ tūc imaginatiua volūtatē mouet ad amādū placita sensualia. Et in hoc passu habetur cognitio: quomodo q̄dā potētie alias potētias mouent. sicut volūtas: q̄ intellectū mouet ad imaginādū placita sensualia i imaginatiua. q̄ est similitudo illoꝝ: q̄ siquidē placita naturaliter sunt amabilia. Et imaginatiua volūtatē mouet ad amādū illa placita. sicut nauis que mouendo seipsaz nautas mouet de vno loco in aliū. Et si voluntas in hoc motu nō moueat amare sūi cum magnitudine bonitatis/potestatis/virtutis ꝛc̄. seipsam mouet ad pcm̄. ꝛ instrumētū qō est imaginari: cōuertit in malis operibus. que sunt priuatio magnitudinis boni ꝛ virtuosi amoris in amando. Et in hoc passu cognosci potest: q̄ malū est priuatio boni /et peccatū priuatio virtutis. Et habetur cognitio: quomodo homines se inclinant ad malum ꝛ peccatū. Que siquidez inclinatio est priuatio ascēsiōis ad opa bōa ꝛ virtuosa. ¶ Volūtas est ita de equalitate: sicut est de bonitate/ magnitudine/ duratione/ꝛ potestate. et idem est de intellectu ꝛ memoria. Et ideo habet voluntas naturaliter ita equalia: sicut bona ꝛ magna ꝛ potentia: que sunt suum proprium amatiuū amabile ꝛ amare: que in illa sunt equalia. Vnde sicut voluntas participat cum intellectu ꝛ memoria i spē bōitatis magnitudinis ꝛc̄. sic cū illis ꝓticipat i spē eq̄litatis. Et in h̄ passu cognoscit: q̄ oēs tres potētie aīe nāliter sunt eq̄les: sicut ꝑ bonitatē sunt bōe/ꝛ ꝑ magnitudinē ꝛ potestatē magne ꝛ potentes: ꝛ sic de ceteris. Sed quia hoīes earum equalitate vti nesciunt: ideo opinantur: q̄ vna sit maior alia. Sicut considerare: q̄ voluntas sit maior q̄ intellectus inquantum ei precipit illa obiecta intelligere: que amare desiderat. cui voluntati intellectus est equalis: inquantum ei precipit intelligibilia obiecta amare cum magnitudine bonitatis/virtutis/veritat/ ꝛc. Et idem est de equalitate memorie. q̄ est instrumentum dispositum: in quo voluntas ꝛ intellectus equaliter species deponant: quas acquirunt ꝛ multiplicant. vt ipsas equaliter cuilibet restituere possit. ¶ In vegetatiua consistit equalitas instinctuum naturalium ꝛ appetituuz. sicut appetitiua: que equalis est naturali instinctui retentiue. ꝛ quando est maior: tūc est contra digestiuam. idem si instinctus naturalis retētiue maior sit q̄ naturalis instinctus appetitiue. Oportet ergo fin cursum naturalem: q̄ in vegetatiua sint equales potentie instinctus ꝛ appetitus naturales. Sz qz hoīes maiorez inclinationē hñt ad appetitus sensuales q̄ dāt placitū q̄ ad instinctus ꝑ quos fit calor nālis/et etiā ꝓseruat. Jō credūt: q̄ appetitiua maior sit i vegetatiua q̄ instinct⁹ nāl retētiue. q̄ propter ꝫ xitatē corpis ꝓsiderāt. Jdē faciunt: cū maiorem volūtatē iudicāt ꝑ libertatē q̄ intellectū: q̄ ita magn⁹ est ꝑ libertatē sicut volūtas. qm̄ sic est magnū volūtati hre libertatē. per quā se hre possit ad diligēdū vnū vel aliū: sic ē magnū itellectui hre libertatē ꝑ quā se hre possit ad intelligendum libere ꝛ non coacte vnum obiectum vel aliud. Sicut oculi: q̄ libertatem habent: q̄ videant/ꝛ ignis ad ca-

lefaciendū: cum calefacit. ⁊ etiā sicut vo-
lūtas libertatē habet ad amādū vel odiē
dū: sic intellectus libertatē hz ad intelli-
gendum veritatem vel falsitatem.

¶ De ramis arboris humanalis.

Tami arboris hūanalis sunt
ex quīq; naturis. vz de nā ele
mētali vegetali sensuali ima
ginali ⁊ rōnali. ℑdcirco q̄li-
bet ramo⁹ venit cū suis natu
ris ⁊ ꝯditiōib⁹ ī hac arbore. sic̄ ignis: q̄ve
nit cū suis ramis: q̄ sūt ignificatiuū igni
ficabile ⁊ ignificare: ī massa q̄ est ram⁹ de
el'atiuo el'abili ⁊ el'are cōpositus cū alīs
el'is. Et cū tali ramo stat vestit⁹ de vegeta
tiua ram⁹: cui⁹ iduit suū ramū. p q̄ indu
mentū est dispositus ad gnationē ⁊ corru
ptionē prinationē ⁊ renouationē. ⁊ trāsit
ad ramos sensitiue. rōne quo⁹ dispositus
est: q̄ sit instrumentū visitiuo visibili et vi
dere ⁊ obiecto viso/ ⁊ auditiuo audibili.
⁊ sic de ceteris particularib⁹ sensus cōmu
nis. Deinde trāsit ad imaginatiuā ducē-
do ei obiecta: que per suā habet natura3.
⁊ illa similiter quib⁹ est indut⁹ p vegeta-
tiuam et sensitiuā: in qua dispositⁿ est: q̄
sit imaginabilis ſm suas cōditiōes/ ⁊ cō-
ditiōes: quas accipit ⁊ donat. Et sic indu
tus ⁊ habituat⁹ trāsit ad rationatiuam.
cuius rami sunt ī memoria memoratiuū
memorabile ⁊ memorari. ⁊ ī intellectu in
tellectiuū intelligibile ⁊ itelligere. ⁊ ī vo-
lūtate amatiuū amabile ⁊ amare. Et ideo
anima accipit in suis ramis ꝓprietates
⁊ qualitates ramo⁹ elementato⁹. Et idē
facit de vegetatis ⁊ sensatis ⁊ imagīatis.
Et ī hoc passu habeť cognitio de mixtio-
ne ramo⁹: que fit in arbore humanali. p
quam mixtionē fit ramorum continua-
tio ⁊ participatio. vt sit vna continuatio
humanitatis ex discretis quantitatibus
constitute que discrete sunt inquantum
sunt partes totius. quod est homo. ℳ
si quidem totum est totum per continua3
quantitatem ex pluribus compositam.
Et ramis sic mixtis omnibus adinui-
cem in arbore humanali fit participatio
obiecti et obiecti/et potentie et poten-
tie/et actus et actus. quemadmodum
ex elementabili vegetabili sensibili ima
ginabili⁹ ⁊ rationabili. Et quia hec obie-
cta sunt sub specie obiectationis: sunt in
concordantia. per quā dispositā sunt: q̄
sint instťa oīa adinuicē. vt p potētias sint
obiectata. Et idē sequiť de concordantia
potentia⁹ ⁊ actuū: veluti el'atiuū vegeta-
tiuum sensitiuū imaginatiuū ⁊ rationa-
tiuū. que cōcordātiā hūt in accipiēdo ob
iecta: inquantū sunt sub vna spē actiuita
tis. Et ex ambabus cōcordantiis sunt in
cōcordantia actus. sicut elementare vege
tare sentire imaginari et rationari. Et
q̄ñ he cōcordantie destructe sunt per con
trarietatem: que est contra fines ramo⁹:
fit diuisio ramo⁹/ ⁊ moritur homo.

¶ De foliis arboris humanalis.

Olia arboris humana-
lis sunt de quīq; natu-
ris: ſm q̄ rami sunt de
illis. ſz qz ī arboribⁿ pre-
dictis de quattuor dictū
est. idcirco de q̄nta natu
ra q̄ est de foliis spūalib⁹ arboris hūana
lis in hac arbore loqui intendimus: ⁊ de
participatione quā habet cū ceteris fo-
liis. Et primo de quantitate arboris hu-
manalis: que est ſm aīam rationalem.

¶ De quātitate arboris humanalis.

Ic hoīe est vna q̄ntitas cōtinua:
que ex plurib⁹ q̄ntitatibus discre
tis cōsistit: ſm q̄ sunt plures ar-
bores: ex q̄b⁹ cōposit⁹ est. Et q: in q̄ttuor
arboribus antedictis de q̄ntitate tracta-
tū est: cum q̄ntitate illa⁹ inuestigare volu
imus q̄ntitatē arboris rōnalis cōiūcta cū
corpe humano. Sicut ignis: qui quātus
est p existētiā ⁊ agentiā. ⁊ ei⁹ ptes indiui
duate ī el'atis sunt quāte ī amplū lōgū ⁊
pfundū ⁊ ī figura circulari triangulari ⁊
quadrāgulari. sicut ī pipe ⁊ equo. Et iste
sue q̄ntitates indiuiduate trāseūt in arbo
rē vegetalē: in qua imp:imūt suas sil'itu-
dines. ⁊ arbor vegetalis ipas ī figuris ac
cipit q̄ venīūt: in q̄bus eius indiuiduas
q̄ntitates extēdit. Et idē est de arbore sen
suali ⁊ etiā de imaginali. Cui⁹ q̄ntitates
sunt sil'itudines realiū quātitatū: que ve
niūt. Et idem est de arbore rōnali: que se
extēdit ī arboribus: cū q̄bus est cōiūcta.
sicut ī hoīe: ī quo est aīa extēsa p oēs quā-

titates corpis.que siquidē extēsio est sua ꝯtitas:i qua longū amplū ⁊ ꝓfundū nō sunt real'r/neq; circulus q̄drāgulus neq; triāgulus corpales ꝑm suā essentiam.sed accipit illas figuras ꝯtitatis in sua ꝯtitate.sicut cera:q̄ ꝯtitatē accipit ī sua ꝯtitate a litteris sigilli.⁊ ꝯtitas arboris rōnalis ī ꝯtitate bonitatis ꝓsistit sp̄ialis/ ⁊ magnitudinis sil'r.Et sic de alijs radicib⁹ ꝓprijs:q̄ multiplicāt vnā ꝯtitatem cōtinuā sub memoria existētē.vz sub ei⁹ ꝯtitate.Et sic de intellectu ⁊ voluntate. Que siquidē memoria totū ex suis partibus esse nō posset:nisi q̄libet suaꝝ partiū ꝯtitatē haberet/vna pte existēte ab alia distincta. ¶ Corp⁹ cū aīa cōiunctū in amabilitate ē ꝯtū . idcirco opz:q; voluntas illud mēsuret ī amare ꝑm amabilitatē illi⁹. qđ mēsurare nō posset:si ꝯtitatē ipa non haberet.Cuius ꝯtitas in numero ternali cōsistit.vz ī amatiuo amabili ⁊ amare. et ex his trib⁹ ꝓsistit ꝯtitas volūtatis : q̄ videri nō pōt nec tāgi/neq; etiā imaginari.qz nō est de nā corpali.Et hoc idem sequitur de ꝯtitate intellectus ⁊ memorie. ¶ Deus est intelligibilis:⁊ sua intelligibilitas est absq; ꝯtitate ī sua amatiuitate ⁊ in suo amare ⁊ ī seipa. Et illud est:qz bonitas dei sua magnitudo potestas ⁊ cetere sue forme sunt ifinite. ⁊ quelibet est idem numero qđ alia. Sed ei⁹ intelligibilitas est ꝯta in ītellectu humano : q̄ vsq; ad terminū ītelligit.quē terminū facit in seipso:qui finitus est ⁊ terminat⁹.quia est de partib⁹ finitis ⁊ terminatis ⁊ in numero differētibus.Et ī hoc passu cognoscit: qūo ī arbore hūanali arbor rōnalis se extēdit ꝑm ꝯtitatē arboris corpalis.⁊ remanet in maiori ꝯtitate bonitatis magnitudinis et ceterarum formarū spiritualium q̄ quantitas corporaliū formaruz. Et hoc est:quia arbor rationalis maiorē habet magnitudinē bonitatis ⁊ virtutis q̄ arbor corporalis. ¶ Ratio quare cōparamus quātitatē arboris rationalis ad folia:est:qz sicut folia se vertūt ad oēs ventos:sic quātitas arboris rōnalis quātitates sequit̄ arboris corpalis:ꝑm q̄ amabiles sunt/intelligibiles ⁊ memorabiles/ et dispōsite ad elementandum vegetandū sensandū ⁊ imaginādū. ¶ Folia q̄ sunt in arbore humanali:ex pte arboris el'alis sunt accīitia corpis: q̄ sunt p calorē frigiditatē siccitatē ⁊ humiditatē colorē lōgū amplū ⁊ ꝓfundū ⁊ vsibilem figurā.s.circularē triangularē aut quadrāgularē.⁊ illa q̄ sunt in hoīe p vegetatiuā:sunt sicut sapor odor tē.Et illa que sunt per sensitiuā:sunt:sicut videre audire tē. Et illa que sunt per imaginatiuā: sunt:sicut similitudines aliaꝝ arboꝝ.

¶ De qualitate arboris humanalis.

In arbore humanali tot sunt nature qualitatū:quot sunt nature arboꝝ.Et ideo arbor rōnalis naturales ⁊ proprias habet qualitates: per quas dicta est qualis:⁊ eius bonitas qualis:⁊ magnitudo sil'r. Et in eius bonitate bonū quale/⁊ in magnitudine magnū quale.Et p bonitatē existit bene/ ⁊ p magnitudinē magnifice. Et he qualitates mixte ⁊ cū alijs conīcte reddunt hoīem qualē:vt si ita diceretur: qualis homo est petrus aut martinus? vel si est bon⁹ aut malus/magn⁹ aut parvus/sanus aut infirmus. Et in hac determinatione ponit quelibet arbor suā ꝓpriā qualitatē. sicut arbor el'alis:que ponit in illa colorē albū aut nigrū.Et vegetatiua in illa ponit sanitatem aut infirmitatē.Et sensitiua sensum caloris aut frigiditatis.Et imaginatiua in illa ponit similitudines aliarum qualitatum. Et rationatiua gaudiū/aut tristitiam/ aut habitum sciētie. Et sic de alijs rebus similibus istis.

¶ De relatione arboris humanalis.

Secundum q̄ arbor humanalis ex pluribus arboribus consistit ita sunt plures relationes alie in alijs mixte. Et ideo in hoīe est relatio gn̄alis oīm.sicut relatio hoīficatiui hoīficabilis ⁊ hoīficare/aut p̄ris aut filij. Et relatio hoīficatiui hoīficabilis ⁊ hoīficare derivatur ex relationibus ramoꝝ aliarū arboꝝ primaꝝ.ita q̄ homo martinus hoīficatiuus est : inquantū est ex primis arboribus antedictis.nō inquantū est ex hac arbore: qm̄ nullus homo gn̄are potest aīam rationalē nec creare. ⁊ ideo nō transit relatio ad oēs partes arboris hu

manalis. ¶ Relationes arboris ratio= nalis sunt i ramis. vz in memoria memo ratiuũ meorabile ⁊ meorari. in intellectu intellectiuũ intelligibile ⁊ intelligere. ⁊ i volũtate amatiuũ amabile ⁊ amare. ⁊ in suo trũco: vz rõnatiuũ rõnabile ⁊ ratio= nare. ⁊ i suis radicib⁹: sicut i bonitate in qua est relatio bonificatiui bonificabilis et bonificare. Et sic de ceteris relationi= bus naturalibus.

¶ De actione et passione arboris humanalis.

Quam arbor hũanalis sit ex pluri= bus arborib⁹: oz q̃ i illa sint plu res actiões ⁊ passiões. sicut i mar tino: in quo p arborẽ ẽ'alẽ actio ⁊ passio cõsistũt. q̃ suus calor nãlis cibaria que co medit: calefacit. ⁊ ei⁹ frigiditas est calefa ctibilis. ⁊ in se hz actionẽ p arboreꝫ vege= talẽ: inquãtũ digestiua digerit cibaria q̃ accipit. ⁊ in se hz passionẽ p corruptionẽ inclinationis ad mortẽ/ ⁊ renouatiõis ad alias formas: q̃ sunt sub alijs spẽb⁹. sicut vermes ex mã corporis deriuati. ¶ Est in hoc actio rõe arboris sensualis: iquã= tũ colorẽ sentit cũ oculis/ ⁊ saporẽ cum gu stu: ⁊ est i illo passio: inquãtũ sentit dolo= rem. ℘ per actionẽ imaginatõis carnes se mouent ad carnales delectationes. q̃ siq̃= dem carnes sustinẽt passionẽ i motu quẽ hũt. ¶ Sunt etiã in hoc actio ⁊ passio p arborẽ rõnalẽ. sicut oẽs arbores pmarie. q̃ hũt passiõeꝫ sub arbore rõnali. q̃ ẽ dñs ⁊ forma informãs oẽs foras inferiores ad earũ inclinationes nãles ⁊ motus. Et ipa habet passionẽ in acquirẽdo necessitates ipãrũ. sicut anima cũ ꝑsiderat ⁊ laborat: vt corpus viuere possit/ ⁊ necessitates ha= bere: quib⁹ indiget ad viuẽdũ. sicut est ca= mera: qua indiget ad ihabitãdũ/ ⁊ acus: qua indiget ad suendũ/ ⁊ vomer: quo indi get ad arandũ. Habet adhuc aĩa rõnalis actionẽ ⁊ passionẽ p se simplr. sicut in vo= luntate: in qua amas est ageus/ ⁊ amabi= le patiens/ ⁊ etiã amare ambo⁊ passioneꝫ habet ẽ impressiones ⁊ passiones habi= tuum: quos accipit. Et sic de alijs reb⁹ sili bus ustis. sicut intellect⁹: qui passionẽ ha= bet cũ intelligere non põt/ ⁊ voluntas: cũ no potest habere hoc: quod desiderat.

¶ De habitu arboris humanalis.

habēt sui amare in deo ⁊ i seipsis cū magnitudine bonitatis iustitie ⁊ amabilitatis: cor amare non habēt indutū de charitate. sed idutū est de figura charitatis: que est cōtra formā. sicut aqua calida in qua figura sui caloris est cōtra formā frigiditatis. Sicut denarij et possessiones sunt diuitie hominū diuitū: ita charitas est diuitie hominū pauperū. Vult enim charitas: ꝙ diuites satisfaciāt paupibus in suis necessitatib⁹ de suis diuitijs. Et iā charitas est diuitie diuitū in hoīb⁹ pauperibus. quia charitas requirit ꝙ hoīes pauperes diuitib⁹ seruiāt in suis necessitatib⁹. Idcirco charitas vnū pedē tenet in hoībus diuitibus/⁊ alium in hominibus pauperib⁹. ⁊ tendit amare ꝑ charitatem ad deū: qui est amatus. ¶ Charitas est similitudo volūtatis. q̄ desiderat amabilitates amati. Idcirco amatum charitas facit eē in intellectu ⁊ i memoria amici: in quo cōsistit amat⁹ memorat⁹ ⁊ intellect⁹. Idcirco charitas est virtus: que dat mai⁹ placitū ꝙ aliqua alia virt⁹: ⁊ ꝑ quā amicus plus est alligat⁹ suo amato: vt ab ipo recedere nequeat/nec fatigari in honorādo ipsum ⁊ ei seruiēdo. Et qz in hoc libro breuiter loq̄mur: qz gētes ꝓlixitatē non diligūt/⁊ cito in amādo sunt fessi: de charitate nolum⁹ dicere totū hoc qđ dicere possemus. ¶ Dictū est de virtutib⁹ moralibus: modo dicēdū est: qūo vna virtus cū alia cōcordātiam habet. Et hoc est. vt habeatur doctrina quomodo cū quibusdā virtutibus alie pōt haberi: ⁊ quomodo vitijs (que sunt eis ꝯria) possit contradici.

¶ De iustitia ⁊ prudentia.

Prudētia disponit iustitie obiecta sua: inquātū inq̄rit licita et illicita. qz est opatio ītellect⁹: q̄ illa intelligit. Idcirco inquātū ꝑparat iustitie oba sua ē rō dispositā iudicare. rōne cui⁹ dispositiōis iuuat ꝑ prudētiam ad faciendū iudictū. Idē ē de iustitia: q̄ prudētiā iuuat. qz īquātuz prudētia attīgit: qđ melⁱ⁹ ē amare deū ꝙ creaturā: dispōit iustitia prudētie: quē modū habeat ⁊ industriā: qūo moueat volūtates hominū ad amādum deum magis ꝙ aliquid aliud. cum iustū sit diligere plus amabilitates maiores ꝙ minores/⁊ magis nobilia ꝙ minus nobilia. Et i hoc passu pōt homo cognoscere: ꝙ qñ hoīes sapiētes tentati sunt cōtra prudētiā: quō se iuuāt cū iustitia. ⁊ cū tētati sunt contra iustitiam quo modo se iuuant cum prudentia.

¶ De iustitia ⁊ fortitudine.

Fortitudo iustitiā fortificat contra iniuriā tūc: cū hoies fortitudine vtūtur. Sicut iudex cū tentatur ꝑ denarios: ꝙ det falsum iudiciū: ⁊ ipe cōsiderat fortitudinē multiplicatā ex bonitate magni⁹ sapia volūtate ⁊ virtute veritate ⁊ gīa: que meliora sunt ꝙ denarijs: tūc ꝺicit iniurie/⁊ est fortis in suo iudicio. ꝑ quā fortitudinē hz iustitia materiā ad iudicādū: ⁊ ecōuerso: inquātū iustitia iustificat fortitudinē. qñ iustū est: ꝙ fortitudo vtat naturis: ex q̄bus cōstituta est. ⁊ ꝙ sit cōtra ꝟuetates ptiū suaz. Et in hoc passu habet cognitio: quō fortitudo facit prius cōsiderare licita vel illicita ꝙ volūtas se moueat ad amandum: vel iustitia ad iudicandum.

¶ De iustitia ⁊ temperantia.

Temperantia disponit iustitie: ꝙ fiat bonū ⁊ verū iudiciū: inquātū temperātia facit hoīes esse sapiētes ⁊ habere subtilē intellectū. Et iustitia disponit temperātie equales mensuras: ꝑ quas debet hoīes mouere ad comedēdū ⁊ bibēdū tēperate: ⁊ ad loquendū ⁊ operādū tēperate. ⁊ sic de alijs. que iustitia cū ꝑtibus equalib⁹ aut ꝓportionatis mēsurat. Et qñ homines nunis comedere volūt aut bibere vel loqui aut expendere aut ire: iustitia repesentat licita ⁊ illicita ad naturalē instinctū temperantie. que habet ꝑ magnitudinē bonitatis. Et ꝑ finē ꝓpter quē homo creat⁹ est: habet cōcordantiā cū instinctu naturali iustitie. qui est per magnitudinē bonitatis/⁊ ꝑ finē ꝓpter quē creatus est homo. Et sic existente cōcordātia inter duos instinctus naturales: qui se habent ad finē vnū: vincit illa concordātia cōcordātiā gule ⁊ iniurie. que est cōtra finē iustitie et temperātie.

¶ De iustitia ⁊ fide.

Iustitia est ratio: ꝙ fides sit hominibus: qui sunt occupati in rebus

tpalibus ⁊ in artibus mechanicis: q̄ non possunt altū intellectū habere ad subtilia indagādū: q̄ cū fide attingit. qm̄ iniuriosum esset: q̄ homines in suis necessitatib⁹ occupati cū deo ⁊ eius veritatib⁹ nō participarēt. Idcirco vult iustitia q̄ intellectus seipsum in credēdo vera ⁊ alta captiuet. q̄ siquidē alta nō intelligit. quia occupatus est in itelligēdo infima. Et fides iustitiam iuuat inquātum captiuat intellectum ad credendū alta. q̄ in hoc q̄ fides facit materiā iustitie ꝓparat: q̄ credulitas quā hz intellectus induta sit habitu iustitie. quia ratiōe illius habit⁹ dispositus est ad faciendum bonum ⁊ verum iudicium.

¶ De iustitia ⁊ spe.

Iustitia prepat spei sua obiecta: inquātū iustū est q̄ homines maiorē spē habeāt in ptāte dei ⁊ in ei⁹ bōitate magni⁹ ⁊ volūtate q̄ i ptāte creata. idcirco: q̄ iustitia hoc iustificat ⁊ req̄rit: cuz spe participat. qua participatiōe spes vtit iuste in sperādo a deo auxilium misericordiā ⁊ veniā. Que siquidē spes ē causa iustitie: q̄ habeat in illa bonū ⁊ verum iudiciū. Et in hoc passu cognoscit: q̄ iustitia ⁊ spes cōcordātiam habēt ꝓtra iniuriam ⁊ desperantiam.

¶ De iustitia ⁊ charitate.

Iustū ē diligibilia diligere/ ⁊ odibilia odire. ⁊ inquātum hoc iustum est: iustitia disponit charitati suas amabilitates. Et inquātum charitas se hz ad deū ⁊ ad ꝓximū: iustitia ei disponit sua oba. vz suas iustificabilitates. qm̄ iustū ē q̄ hō deū diligat ⁊ suū ꝓximū ⁊ etiā semetipm. Et in h̄ passu cognoscit q̄ homines hūt culpā: qui deū neq̄ suuz ꝓximū diligere volunt: q̄ iustitie sua oba nō prepant i mō: q̄ cū illa hēant ꝓcordātiā: ⁊ q̄ culpā hūt: dignū est: q̄ ꝑ iustitiā puniantur. ¶ De prudentia ⁊ fortitudine.

Prudētia ⁊ fortitudo hūt cōcordātiam: q̄ fortitudo abstinentiam ꝓducit: quousq̄ prudētia suum obm inuenerit: qō desiderat. Sicut hō: q̄ se abstinet a pctō. q̄ fortitudo fortificat ipm cōtra vitiū. quod prudentia attingit/ ⁊ ipsum dimittit. ⁊ cōtrariū suum eligit. Sed hoc facere nō posset prudētia si fortitudo abstinētiā nō causaret. quo⁹ lūtatē hoīs refrenat. que disposita est ad peccandū tlic: cū tentatio venit. Prudētia est cā fortitudini i hoc: q̄ fortitudini eligit obiecta sua. sicut hō q̄ cū tentat ad peccādū: dām facit inter maiora bona ⁊ minora. ⁊ idē facit i malis. Et ꝑ hui⁹ mē ꝑ dām ꝓductū hz fortitudo nāle instictū: q̄ sit fortis ꝑ vitiū. cū ita sit: q̄ maiora bona magis desiderabilia sint q̄ minora/ et maiora mala magis odibilia q̄ minora. ¶ De prudētia ⁊ tēperantia.

Prudētia prepat tēperātie suā materiā inquātū sanitatē cōsiderat eē bonā ⁊ gulā eē malā. Et q̄ sanitas est bona: hz tēperātia nāle instinctū ad bonū: qō venit ꝑ sanitatē: et euitat mala que ꝑ nimis comedere ⁊ bibere veniūt. Et ille nālis appetitus ⁊ instinctus causat prudētie suū instinctū naturalē: inquātū materiā prepat. rōne cuius prudētia eligit illa: ꝑ que sanitas cōsistit/ ⁊ euitat illa: ꝑ que infirmitas gnat.

¶ De prudētia ⁊ fide.

Et r fidē captiuat intellect⁹ ad credēdū sublimia: q̄ sub habitu scīe intelligere nō pōt. sz ipa credit sub habitu credulitatis. Et hāc fidē iuuat prudētia: inquātū cōsiderat intellectus infirmitatem ⁊ obiecti altitudinē. Et sic cōsiderādo: hz cōcordātiā cū fide/ ⁊ fidei prepat illa: q̄ credēda sunt. Et illa fides accipit: vt credibilia ⁊ vera prudētia eligat: intātū q̄ i fide restaurent/ ⁊ vt ipa suis instinctib⁹ naturalibus ⁊ appetitibus libere vti possit i coactione intellectus q̄ credēda libere credit ratione electionis: quā libere prudētia facit. Et in hoc passu hr̄i pōt cognitio de libertate intellectus: que per prudētiā cōsistit: ⁊ eius captiuitas per fidem.

¶ De prudētia ⁊ spe.

Sapiētia est in deo spem habere ratione bonitatis siue mie potestatis voluntatis sapiētie ⁊ veritatis. Et magna stultitia est plus cōfidere in suis denarijs in sua sapientia vel in amicis suis q̄ in deo. Et hanc sapientiā ⁊ stultitiā prudentia considerat. q̄ ideo causat spem: que est materia ⁊ subiectum

prudentie ꝙ eligat habitū sapiētie bonitatis magnitudinis potestatis ⁊ volūtatis. Et ide de habitu mie: inquātū spē cōsiderare facit magnā miam dei. que maior est ꝙ peccata hoīm. Quē siqdem habitum prudētia eligit. p cuius electionez remanet hoc qđ est/ ⁊ suā privationez vitat in illa electione.

¶ De prudētia ⁊ charitate.

PRudentia ⁊ charitas habēt cōcordātiā. qm̄ magna sapiētia ē amare deū seipm̄ ⁊ suū ꝓximū. et magna stultitia ē deū nō diligere seipz neq; suū proximū. Et magna stultitia est suū ꝓximū odire. q̄ creatura dei est ⁊ etiaz operatio: qm̄ qui multū deū diligit: eius opera diligere debet. Ad hoc cū ista sint de cōditiōib⁹ charitatis: ꝓpat charitas prudētie fin suas cōditiones ꝙ prudētia eligat sua obiecta/ ⁊ ꝙ dimittat eoꝝ ꝓtraria. Et prudētia causat⁊ dispōnit charitati hit⁹ suos: inquātū ipos bonos ꝓsiderat/ ⁊ ipos eligit/ et eorū contraria dimittit. Et i hoc passu potest hō cognoscere magnā cōcordantiam q̄ est inter habitū prudētie ⁊ habitum charitat⁊. ⁊ quomō per privationē vn⁹ habitus sequit privatio alterius.

¶ De fortitudine ⁊ temperantia.

FOrtitudo ⁊ tēperantia hm̄t concordantiā. qm̄ fortitudo ē potestas: cum qua tēperantia vincit gulā. sicut miles in bello: q̄ cum sua ptāte suū inimicū vincit. Et qz fortitudo est potestas tēperantie: operatio tēperātie ē felicitas fortitudinis. q̄ suū actū hz in actu tēperantie. Et in hoc passu pōt homo cognoscere magnā cōiunctionē fortitudinis et tēperātie. qm̄ sicut in charitate iust⁹ iudicaret amare separari nō pm̄t: sic fortitudo ⁊ temperātia separari nō pm̄t. ⁊ qūo separātur habit⁹ fortitudis ⁊ hit⁹ tēperantie non possunt remanere.

¶ De fortitudine ⁊ fide.

FOrtitudo ⁊ fides hm̄t cōcordantiā. q m̄ fortitudo fidē fortificat inquātū cū fortitudine cōstringit intellectū ad credendū vera: q̄ non intelligit. Et qz fortitudo est vis intellectus: vincit intellect⁹ seipm̄: vt habitu fidei habituatus sit ⁊ indut⁹. sicut rex qui cū potestate sue humilitatis se humiliat. vt sit humilis ⁊ ꝙ participare possit cū pauperib⁹ eorū necessitates intelligēdo. Et ide est de ptāte sue mie. cū qua seipm̄ vincit tunc cū parcit illis q̄ eum offenderunt.

¶ De fortitudine et spe.

FOrtitudo est vis ipsi. ⁊ spes ē instrumētū ⁊ hitus fortitudis. cuz quo sua nā vti pōt ⁊ etiā sua operatiōe. Sicut hō qui hz spem in mia dei in suis necessitatib⁹ intātū ꝙ non denuncitur p desperātiā. q̄ vult spem denuncere inquātū cōsiderare facit magna peccata hoīm. qui spem habēt in magna iustitia dei. Idcirco fortitudo ⁊ spes iunt pedes: cū quib⁹ pauperes vadūt/ ⁊ q̄runt a diuitibus elemosynam/ ⁊ pctōres miam dei.

¶ De fortitudine ⁊ charitate.

FOrtitudo ē ptās charitat⁊. cum qua charitas se fortificat ꝓ crudelitatē ⁊ inimicitiā/ ⁊ stat fort⁊ cōtra suos inimicos. Et ideo charitas ē habitus difficilis: vt sit vis magna. sicut homini iuriato: cui est necesse magnā vim charitat⁊ habere in amādo suū ꝓximum. qui sibi iniuriat⁹ est. ⁊ etiā difficile ē deo seruire⁊ cū honorare rōne ipedimētoꝝ. q̄ sunt magna. q̄ de⁹ patit ꝙ sunt magna: vt charitas maiori ptāte vti possit in tractādo honorē dei. Et ideo qm̄ hoīes q̄ deū diligūt: magnū hm̄t tedium ad seruiēdū ei: tā gitur fortitudo ꝙ sit magna vis charitat⁊ vt charitas possit eē magna. quā magnitudinē ꝓsequit in magnitudine vigoris. q̄ ē fortitudo: cū q̄ suū amare fortificat cū quo deū diligit ⁊ suū honorē. Et ide ē de hoīe paupere: q̄ elemosynā facit alij pauperi. que elemosyna est multum difficilis. quia illo indiget qđ alij dat.

¶ De temperantia ⁊ fide.

TEmperātia ⁊ fides hm̄t concordantiā in cōcordātia quā hm̄t cū fortitudine. sicut due sorores q̄ cōcordātiā hm̄t cū fortitudie in amādo suū fratrē: qz rōe fortitudis (q̄ est vis temperātie ⁊ fidei) hm̄t fides ⁊ tēperātia concordātiā. Idcirco fides fortificat tēperātiā/ ⁊ tēperātia fortificat fidē. qm̄ p tēperata cibaria ē intellect⁹ dispōsit⁹ ad credē dū ꝓ incredulitatē. sic hoies iebriati: q̄ le-

uiter credūt vel discredūt. Et hoīes qui fidem habēt: tēperantiā diligūt. vt melius fide vti possint.

¶ De temperantia ꝛ spe.

TEmperātia affert meritū qꝫ siquidem meritū disponit habitum spei. q̄ sperat mercedē. Et quādo hoīes cōtra tēperātiā peccauerint cum penitent / ꝛ tēperātiā diligūt: tēperātia habitū dispōit spei: p quā hītū hoīes pctōres habebāt ꝓfidētiā in mīa dei. q̄ defect⁹ ꝗs ꝓtra tēperātiā fecerūt: remittit.

¶ Et spes causat hītū tēperātie: inquātū hoīes ꝓsiderare facit mīaꝫ dei. supposito ꝙ gulā odiāt / ꝛ ꝙ diligāt temperātiam.

¶ De temperantia ꝛ charitate.

UT charitas sit virtus: ē tēperātia hoīb⁹ necessaria. qm̄ sine tēperantia charitas nō posset eē virtus. qꝛ in gula sustētari non posset. Et qꝛ tēperantia charitati est necessaria. opꝫ ꝙ tēperantia sit virtus. Ꝺ circo charitas causat tēperantiā in hoc ꝙ tēperantiam oꝫ eē virtutē: vt charitas eē possit: ꝛ econuerso. Et in hoc passu cognoscit ꝙ charitas est nobilioꝛ virtus q̄ tēperantia. cum temperantia sit ex secūdarijs intentionibus / ꝛ charitas ex primarijs.

¶ De fide ꝛ spe.

HAbes est lumē ꝛ testimoniū magne ptātis hūilitatis ꝛ mīe dei. qm̄ magna potestas est illa que duas naturas (vicz nām diuinā ꝛ hūanā) existere facit vnam pſonā: que vocāt iesus xp̄s. Et magna humilitas est ꝙ diuīa natura (q̄ est filius dei) velit indui ex humana nā. q̄ est xp̄s hō. Et magna mīa fuit ꝙ deus absq; hoc ꝙ humanū genus nō petijt veniā ab ipso remittere voluit per incarnationem quā accepit misericordia: q̄ est de⁹. Ꝺ circo fides causat magnā spem. quam hō habebat ī magna potestate dei et in eius magna mia ꝛ pietate siue humilitate. Que sīq̄dē spes causari non posset: si homo incarnationem dei non crederet. Et in hoc passu cognoscitur ꝙ infideles dispositi non sunt ad habendum ita magnā spem sicut christiani. cū ita sit ꝙ infideles incarnationē dei non credunt.

¶ De fide ꝛ charitate.

HAbes et charitas hīt cōcordantiā. qꝛ in hoc ꝙ p fidē credimus in ꝓductionē diuinā p gfationē et spirationē: vnde sequitur trinitas pſonarū: viczꝫ patris ꝛ filij ꝛ spūssancti: ꝛ qꝛ incarnationē credim⁹ ꝛ in passione xp̄i hominis dei: causat fides charitatē in magnitudine bonitatis duratiōis ptātis sapientie xitatis ꝛ virtutis. cū trinitas ꝛ icarnatio sint obiecta amabilia multū volumtati dispositē ad amādū magnas amabilitates p lumē fidei. Qꝛ quāto fides ē maioꝛ: tanto volūtas est dispositā ad hūdum magnā charitatē. Ꝺ circo ē cōcordantia inter charitatē ꝛ fidē p magnitudinē bonitatis ꝛ ceteraꝝ formarū q̄ sunt īstīa ad eaꝝ ꝓcordātiā. Et in h̄ passu cognoscīt ꝙ illi paruā hīt charitatē q̄ non sunt cultores fidei cū magnitudine bonitatis virtutis veritatis sapientie ꝛ potestatis.

¶ De spe et charitate.

IN magnitudine charitatis multiplicāt magni⁹ spei. qm̄ quanto hoīes maioꝛē hīt charitatē deo sibīpsis ꝛ suis ꝓximis: tāto causant ī spe magnitudinē ꝛ ecōuerso. qꝛ quāto homo maioꝛē hꝫ spem ī deo ꝛ in suis amicis: tāto causat magnitudinē in charitate. Ꝺ circo charitas et spes fīm ꝙ sunt magne: causant q̄ꝫ alīj magnitudinē bonitatis duratiōis ptātis sapīe volūtatis xitatis ꝛ virtutis fīnis ꝛ ꝓcordātie. Ꝺ circo pīt hoīes tantū hīe de charitate ꝛ spe: quātū hīe volūt. Et in h̄ passu cognoscīt: quō magnā culpā hīt illi q̄ sunt negligētes ī habēdo magnitudinē charitatī ꝛ spei. ¶ Dictū est de septē xtutib⁹ moꝛalib⁹. quarū alie innicē cū alijs mixte sunt. Modo dicendū est de .xvj. virtutibus moꝛalib⁹ que ex ꝑmis descendunt ꝛ deriuant. Et fīm ꝙ doctrinā dedim⁹ in miscēdo q̄sdā xtutes cū alijs cognosci pōt doctrina ꝛ modus ī miscēdo xtutes illas q̄s dicere ꝓponimus.

¶ De sanctitate.

SAnctitas ē illa xt⁹: p quā sancti sunt īnocētes ꝛ mūdi a pctīs. Ut sctītas sit xtus iuuāt cetere xtutes. q̄re illa ē xtus cōis ex multis sicut iustitia: q̄ hoīes facit sctōs: inquātū existit illis occasio ꝙ sint iusti. Et prudētia ipos

facit sapiẽtes: inquãtũ eis significat illa: q̃ que sapiẽtes fieri pñt. Et fortitudo ip̃os fortificat ꝓtra vitia. ⁊ tẽperantia ip̃os sanos existere facit ⁊ hñe intellectũ subtilẽr licita x̃ba ꝓferre. ⁊ fides ipsos credere facit x̃itates q̃s intelligere non pñt. ⁊ spes ipsos sperare facit illa q̃ q̃ ip̃am fidẽ magnã assequunt. Et charitas ip̃os ꝓticipare facit in societate ⁊ amore ⁊ fraternitate/⁊ in amãdo deũ ⁊ ei seruiẽdo. Et oñes iste x̃tutes et etiã alie q̃ ex ip̃is descẽdũt: tuãmina sũt ⁊ instꝛa q̃ hoies sint sancti ⁊ habeãt altã vitã/⁊ q̃ mũdi sint a pctõ.

¶ De patientia.

PAtiẽtia est illa x̃tus: q̃ quã hõ passiuas x̃tutes acq̃rit. sicut homines fortes: q̃ patiẽtiã hñt cõtra illos q̃ illicita eis facilũt. Idcirco patientia disponit in passionib⁹ mãm: q̃ quã hoies sint hũiles/ ⁊ habeãt charitatẽ fin appetitũ ⁊ instinctũ nãlẽ ⁊ cõcordãtiam: q̃ est inter formas ⁊ materias. Quã fm q̃ dispoſita est materia hꝫ forma placitũ in illa operã di ⁊ ꝓducendi ex illa hoc q̃ desiderat. Idcirco dixit q̃dã sapiens: q̃ patientia ẽ quedã x̃tus q̃ vincit/⁊ q̃vinci nõ põt. Et est x̃tus q̃ quã demõ sepius deuincatur: q̃ per aliquã aliam virtutem.

¶ De abstinentia.

ABstinentia ẽ illa x̃t⁹ q̃ tũcvolũtatẽ refrenat cum odibilia vult desiderare. ¶ Abstinẽtia incipit rõne finis charitatis. ⁊ ip̃aꝫ prudẽtia illuminat. fortitudo ip̃aꝫ fortificat. ⁊ iustitia ip̃am iustificat. ⁊ spes ip̃aꝫ spare facit illa q̃ desiderat. Et dũ abstinẽtia hoies facit abstinere: hꝫ prudẽtia deliberationẽ. ⁊ iustitia sil'r: ⁊ idẽ de tẽperãtia ad faciendũ bonũ ⁊ verũ iudiciũ/⁊ ad eligẽdũ illa q̃ q̃ hõvenit ad felicitatẽ. ⁊ euitat illa que dãnũ dãt. Idcirco abstinẽtia ẽ illa x̃tus q̃ pl⁹ ire ꝓriaꝫ in ꝑn° q̃ aliq̃ alia virtus.

¶ De humilitate.

HUmilitas est illa x̃tus q̃ minores x̃tutes hũiliat ad maiores cũ iustitia. ⁊ hũiliat cũ seipsa virtutes maiores ad minores. idcirco maior est q̃ illa q̃ maiora sunt q̃ q̃ illa: q̃ sunt minora. ⁊ q̃ seipsam q̃ q̃ iustitiã. Cui⁹ bonitas multiplicatur in entib⁹ minoribus ⁊ maioribus. Idcirco dicit q̃dã sapiens q̃ humilitas magna x̃tus nõ est: si descẽdat vt in bonitate ascẽdat. ſꝫ vt in infimis (in quib⁹ parũ est de bonitate) ꝓsistat. Et qñ q̃ hui⁹ intentionẽ est magna hũilitas ad bonitates superiores et magnas iustitia ip̃am exaltat rõne suoꝝ meritoꝝ. Idcirco dr: q̃ quãto hoies maiores mĩoꝝib⁹ se humiliãt tãto ad magnitudinẽ bonitatũ x̃tutis charitatis ⁊ spei exaltantur.

¶ De pietate.

PIetas est illa virtus que humilitatem cordis ad oculos ascendere facit/ ⁊ q̃ eillam in lachrymis ⁊ netibus ꝓuertit per ꝓpassionẽ quã homo pius hꝫ de ꝓximo suo: cum ipsum videt in tribulatione ⁊ piculo. Et hec pietas a charitate descendit/⁊ ex filĩtudinibus quas habẽt hoies sub specie minoritatis. q̃ quã habẽt instinctũ nãlẽ/cõseruãdo tũ libertatẽ: vt q̃dam pietates de alĩs habeant: postq̃ in minoritate cũ humilitate hñt ꝓcordantiã. q̃ minoritatẽ cuiuslibet repꝛesentat. Idcirco dicit q̃dã sapiens: q̃ crudelitas ex superbia nascit̃ que nõ cõsiderat in mĩoritatibus: in q̃b⁹ participãt nãliter q̃dã homines cum alĩs.

¶ De castitate.

QAstitas ẽ illa x̃tus que ordines ponit in copula, hoĩs et femine. ¶ Ꝑ castitatẽ ꝓsiderant homines hnẽ copule matrimonij q̃ est ꝓpt filios qui sint seruitores dei. Qui siq̃dez finis ipsos considerare facit sanctitatem matrimonij et immũdiciã luxurie ⁊ eius circunstantias. et hoc in tantum q̃ prudentia eligit circunstantias castitatis: fĩnem matrimonij conseruando. ⁊ circunstantias luxurie dimittit. Idcirco in magna concordãtia sanctitas ⁊ castitas consistunt. Quam concordãtiã iuuãt prudẽtia abstinẽtia fortitudo et spes.

¶ De largitate.

LArgitas est illa x̃tus q̃ auaritie plus cõtrariat̃ q̃ aliq̃ alia virtus. Largitas est filia charitatis ⁊ spei. q̃ siq̃dez filia cõtrariat̃ auaritie. q̃ ẽ filia crudelitat̃ ⁊ desperãtie. Idcirco homines largi filij largitatis dant: vt largitatẽ habere possint. nõ autẽ vt re-

munerenᵗ per illos qbꝰ dant. ſz ꝑ modos largitatis ꝛ mercedē ſperāt ſiue expectāt in multiplicādo largitatē. in q̄ voluntas eoꝝ quieſcit. vt ipſam habere poſſint cum magnitudine bonitatis ꝛ perſeuerantie.

¶ De legalitate.

LEgalitas ſiue fidelitas ē illa virtus q̄ homines tenere facit qđ ꝓmittunt. ꝛ cū illud tenere nō ꝓfit: facit ipſos verecūdiā habere. Legalitas eſt illa virtꝰ q̄ eſt cōtra traditionē deceptionē ꝛ mēdaciū. ꝛ hz vnū pedē de iuſtitia: ꝛ aliū de fortitudie. ꝛ hō legalis tēdit ꝺetus ī lectū x̄itatis. in quo charitatē ꝛ ſpem acquirit. Ideirco hoīes fideles tenēt hoc qđ ꝓmittūt. qm̄ iuſtitia hoc requirit. ꝛ fortitudo tpos facit fortes cōtra falſitatē ꝛ deceptionē. Et charitas ꝛ ſpes illos faciunt verecundiā timere.

¶ De conſtantia.

COnſtātia eſt illa virtꝰ q̄ hoīem ꝑſeuerare facit in ſuo bono ꝓpoſito. Cōſtantia hoīes firmat cum fortitudine ſpe ad magnitudinē bonitatis ꝑſeuerātie iuſtitie et x̄itatis. Ideirco hoīes ꝺ ſunt cōſtantes in ſuo bono ꝓpoſito: fortes ſunt ꝓtra vitia/ꝛ ſpē hūt in adiutorio dei ꝛ in eoꝝ meritis q̄ acquirūt in longa ꝑſeuerātia bonitatis ꝛ x̄itatis. Idcirco dicitvnꝰ ſapiēs ꝙ hoīes filij conſtātie fortes ſunt/ꝛ plures hūt amicos: ꝑ qs cōſtantes ſunt ꝓtra ſuos inimicos.

¶ De diligentia.

DIligētia ē x̄tꝰ cū qua charitas et prudētia vincunt pigritiam. Per diligētiā ſunt hoīes cito mobiles/ꝛ cōſiderāt illa: q̄ poſſunt euenire/ꝛ plus vigilare diligūt q̄ dormire: ꝛ nolunt eē pingues vt citiꝰ ire valeāt ad finē quē deſiderāt. ꝛ quando impediti ſunt ex nimio deſiderio languēt. ꝛ qñ feſſi ſūt: fortitudo eoꝝ deſideriū cū prudētia ꝛ ſpe fortificat intātū q̄ charitas facit ipos audaces/nec ipos multū dormire permittit.

¶ De ſuauitate.

SUauitas ē virtꝰ charitatis filia ī prudētia et humilitate nata ſiue orta. Suauitas homines fortes ſuaues facit. quoniā illos ligat cuz charitate u patientia ꝛ humilitate. Et ideo ſe duci permittunt ab hoībus ſuperbis crudelibꝰ ꝛ impatientibus ad voluntatē eoꝝ intrīn: ꝙ cū ſua hūilitate vincunt eoꝝ ſuperbiam/ꝛ cū ſua patiētia vincūt illoꝝ irā/et cū ſua charitate illoꝝ vincūt crudelitatē intrīn: ꝙ cū eoꝝ ſimilitudine ipos domāt. Et ad hoc leo dat exēplū. ꝺ māſuetꝰ eſt et ſuauis aliis aīalibus ꝓpter: q̄ vtuntur ſuauitate cū illo ꝓtra ſuperbiā ꝛ ꝛ irā/ꝛ q̄ cū illo ſimilitudinē habent in voluntate.

¶ De conſcientia.

COnſcientia eſt illa x̄tꝰ: q̄ ꝓſulit cū timore facere bonuz ꝛ euitare malū. Cōſciētia hoīes hūe facit timorē de dño. ꝺ boᵐ ꝙ boᵒ reddit/ꝛ penā pro malo. Et iō ꝓſcia cum ptāte ꝛ iuſtitia dñi minat. ꝛ illi ꝺ minas timēt: reuerētiā dño facit. ꝙ quā merita ꝓſequūtur ꝛ x̄tutes multiplicāt. Et qñ minas non timēt: ꝓtra dñm peccāt cui reuerētia nō facit. Ideirco ꝓſcia eos ligat cū iuſtitia ad penā/ꝛ non ſuſtinet q̄ ſpē habeant in dño. Et hec ꝓſcia eſt ꝟm inſtictū naturalem.

¶ De timore.

TImor eſt illa virtꝰ: ꝙ quā hoīes charitatē offēdere timēt/ꝛ tiorē hūt de iuſtitia. Timor ē ancilla amoris. q̄ prudētiā mouet ad conſiderādū illa: q̄ piculoſa ſunt/ꝛ ꝺ opinari facit plura dāoſa. q̄ nō euenīūt. Et ideo timor hoīes exiſtere facit īter iuſtitiā ꝛ charitatē. qz per iuſtitiā ꝺ dñm errare timēt. ꝛ ꝙ charitatē timēt: q̄ bonitatē dñi offendāt. Et hmōi timor ſpē affert: q̄ cū charitate habet concordantiam. per quā miaz domini expectant.

¶ De contritione.

COntritio eſt virtus: q̄ hoīes mouet ad ſatiſfactionē ꝛ pnīam: qz contritio hoīes mouet ad ſatiſfactionem ꝛ penitentiam: facit concordātiam miſericordie iuſtitie ꝛ ſpei: quia ſatiſfactio affert iuſtitiā/ꝛ pnīa ſpē. et idcirco mīam adeſſe opz. Quare contritio eſt virtꝰ: q̄ deficere nō pōt. īmo ad finē illiꝰ venit: qđ cōſiderat. Idcirco hoīes hilares facit: cū illos flere facit: qm̄ cū illis fletibus ipſos adducit ad concordantiam illoruz et domini.

¶ De verecundia.

VErecundia ē passiua q̄litas q̄ reuelat dispōnē mīoꝝ formaꝝ p quas hō dispositꝰ est ad faciē dā illa q̄ sunt illicita. qz verecundia venit ab hīs: q̄ minora sunt. Hāliter femīe maiorē habēt verecundiā q̄ hoīes. cū ita sit q̄ hoīes maiores sint p actionē/ꝛ femine minores per passionē: verūtn hoīes moraliter plus deverecūdia hīre debēt in deficiēdo siue peccando q̄ mulieres. qm̄ defectus maior est in formis q̄ in materijs. Jdcirco hoīes ℞tuosi magis verecūdiam timēt q̄ femine ꝑz ℞tutes acq̄sitas. Et in hoc passu cognoscit q̄ hoīes vex iudicij nō faciūt in h̄ q̄ p pctō luxurie nō plꝰ increpant homines q̄ feminas.

¶ De obedientia.

OBediētia est illa ℞tus q̄volūtatē (q̄ est libera nāliter) facit eē seruā ꝛ subditā alteri volūtati que ad plures alias volūtates ē cōis. Obediētia est ℞tus vt sub suo habitu sint pl'es voluntates advnū finē ordinate. sicut plures linee ad vnū punctū. Jdcirco obediētia requirit ordinē oim virtutū. vt volūtates q̄ sunt sub illa ordinate sint. sicut iustitia q̄ requirit q̄volūtas religiosi sit coacta sub suo habitu ad obediēdū volūtati sui superioris. Et idē est de prudētia ꝛ ceteris virtutibus. Quare oportet q̄ volūtas superioris dña plurīū voluntatū ordinata sit p̄m habit⁹ aliaꝝ virtutū: vt cū illis suas oues custodiat q̄ libertatē ad peccādū nolunt hīre: inquātū se obligāt ad volendū volūtatē maioris in faciēdo bona opera. Jñ sicut cōmuni volūtati est magnus honor factus: sic posita est ipa volūtas ī magno honore ꝛ periculo. Et si inordinata sit et exuta ex habitib⁹ virtutū: nulla volūtas maiorē hz culpā/ nec dignior tāta pena.

¶ De ramis virtutum.

SEcūdū q̄ dictū est in ramis aliarū arboꝝ hīri pōt cognitio de ramis huiꝰ arboris: ꝛ maxime per ramos arboris imaginalis. Cū ita sit q̄ rami ℞tutū sint silitudines ramoꝝ nāliū ꝛ realiū. sic̄ rami iustitie q̄ sunt silitudies realis potētie obiecti ꝛ actꝰ. Sicut martinꝰ q̄ est iustus: q̄ sub hītu iustitie accipit obīm qđ est de iustificabilitate/ꝛ dat iudicij rectū iter. p. ꝛ. r. quoꝝ iudex factꝰ est. Et idē est de sua prudētia. cuiꝰ rami sunt potētie obiecti ꝛ actꝰ. ꝛ sic de ceteris ℞tutibus. ¶ Rami cuiuslibet ℞tus loca sunt: in q̄b⁹ ℞tutes nascunt renouant ꝛ viuūt ex radicib⁹ arboris. vz ex bonitate magnitudine ꝛ ceteris. Sicut ī iudicio q̄. m. facit de. p. ꝛ. r. hzvnā renouationē bōitatis magnitudinis ꝛ aliaꝝ: ꝛ in iudicio qđ fac̄ de g. ꝛ. b. hz aliā renouatiōem bonitatis magnitudinis ꝛ aliaꝝ. Jdcirco ramī sue iustitie gñales sunt ad pl'a iudicia. Et idem est de ramis siue prudētie. ꝛ sic ꝺ suis alijs ℞tutib⁹. Et hoc plante significant q̄ fructus producūt in ramis nouis.

¶ De folijs virtutum.

HOlia ℞tutū sunt accītia ℞tutū ex q̄b⁹ virtutes sunt ornate ꝛ indute. Et ex his accītib⁹ hīri pōt cognitio p accītia ceteraꝝ arboꝝ: cū ista accītia sint illoꝝ sīlitudines in opib⁹ virtuosis q̄ faciūt hoīes hītuati ℞tutib⁹. Verūtn q̄ multū desideram⁹ veritates et secreta entiū declarare ꝛ oīdere: in hac arbore loqui volumus de ℞tutū accidētib⁹.

¶ De quātitate virtutis.

IUstitia martini ꝛ sic de ei⁹ prudētia fortitudine ꝛ ceteris ℞tutib⁹ est quāta. p cuius quātitatē ipsa crescere pōt vel minui. qm̄ sine quātitate nec crescere pōt nec minui. Et illa quātitas tangi nō pōt nec videri: nec est de eēntia realī. ꝑz ita est multiplicata in spē fantastica q̄ est hītus virtutis q̄ vocat iustiª sicut ē habit⁹ multiplicatꝰ: vt sit habitus iustitie. Jdcirco q̄titas non hz longū latum neq; pfundū. nec consistit sub figura corpali circulari q̄drāgulari nec triangulari: ꝑz tm̄ō sub figura spūali. q̄ quātitatē hītus iustitie rep̄sentat q̄ ē cōtinua q̄titas: inquātū est eēntia vnⁱ habitus. ꝛ est discreta: inquātū distinctio potētie obiecti ꝛ actus sunt tres rami iustitie.

¶ De qualitate virtutis.

PRudentia martini ē qualis ꝑz bonitatem rōne cuius homo dicit q̄ est bona. Et est qualis per magnitudinē ratione cuiꝰ homo dicit q̄ est magna. Et sic de duratione potestate ꝛ ceteris formis accītalib⁹. quarū quali-

tas ī sua specie rep̄sentat qualitates particulares. sicut calor ignis: q̄ calorē pipis et allei representat. Unde sicut calor est ꝓpria qualitas ignis/ꝛ est pipi'ꝛ alleo appropriata remanens vna in sua specie: sic qualitas prudētie est sua ꝓpria qualitas. Et qualitas quā hz iustitia ī habitu prudentie est qualitas appropriata prudētie vt vtaꝫ habitu iustitie. Et in h̄ passu multum est de philosophia morali.

¶ De relatione virtutis.

Relatio est in virtute sicut in fortitudine ꝛ in ceteris fm ꝙ relatio est considerabilis pluribus modis. Sicut in forma q̄ est in abstracto ꝛ supposito. sicut si est fortitudo ē forte qđ est in dutū habitu fortitudinis. ꝛ si ē suppositū: oz ꝙ sit habituatū. Sicut. m. q̄ est fortis in bello aut in iudicio aut in patiētia aut in ꝓsperitatibus huius mūdi vel in paupertate. ¶ Est aliꝰ modus relationis: fm ꝙ significatū est in ramis prudētie q̄ est rōne potentie obiecti ꝛ actus. qñ si fortificatiuus sit: opz esse fortificabile et fortificare ꝛ ecōuerso. Et idem est de relatione: q̄ est ꝓ equalitatē ꝛ cōcordantiam.

¶ De actione ꝛ passione virtutis.

Ia temperantia est virtꝰ actiua p formā: ꝛ passiua per materiā. Et prius sentitur passio q̄ actio. qñ passio sentit in indigentia appetitiue: q̄ requirit multū de cibo. ꝛ postmodū venit forma. que materiā disponit ad habituz virtutis. Idcirco in hūdo tēperantiā habent hoīes passionē que est passiua virtꝰ. de qua virtꝰ actiua operatur siue agit. Ue runtamē illi qui magnā hñt tēperantiaz tantū diligūt operationē v̄tutis: ꝙ virtꝰ passiua illos nō cogit ad passionē fm formā rōis quā hz volūtas sua ex sensibili ꝛ passibili qualitate. Sicut ignis q̄ mouet terrā ad suū instinctū nāle. q̄uis aqua ei non det magnam passionem.

¶ De habitu virtutis.

Fides est v̄tꝰ /ꝛ est h̄´tꝰ sub q̄ intellectꝰ ē hītuatꝰ ꝛ indutꝰ ad credendū v̄a dei et eiꝰ operū q̄ argumētatiue nō intelligit. hz positiue: cuiꝰ positiōes sunt similitudines rōnū necessariarū. que sunt per vim argumenti. Et iste habitus fidei est virtuosus. qñ sub ipō facta sunt opa virtuosa ꝛ mirabilia. qñ magnum mirabile est v̄itates rerū attingere absq; rōnibus necessariis. Idcirco dr: ꝙ fides nō est hītus nālis. hz est donū gre et infusio dei. q̄ ipam dat: q̄ hoībus est necessaria quā necessitatē nā humana dare nō pōt. qñ si dare posset: sequerer ꝙ fides esset habitus nālis/ ꝛ ꝙ probationes necessarie naturaliter essent superflue.

¶ De situ virtutis.

Spes est v̄tus/ꝛ est assituata ī bonitate magnitudine ꝛ ceteris similitudinibꝰ entiū realiū ꝛ primorū. qñ sicut corpus est realiter assituatum hz arborē ēt alem vegetatiuā ꝛ sensuale. sic spes est assituata sīlitudo inꝑlibꝰ sīlitudinibꝰ. q̄ sicut corpus vnam hz assituationē p figuram circularē ꝛ aliā p triangularē ꝛ vnā aliā p illa q̄ sunt infima: et aliā hz per superiora: ꝛ sic de alijs rectitudinibꝰ. sic spes ē assituata p vnū modū fm bonitatē. ꝛ p aliū modū fm magnitudinē. ꝛ sic de ceteris sīlibꝰ. Et idē ē de assituatiōe quā hz spes in ceteris v̄tutibꝰ. cū ita sit ꝙ q̄dā v̄tutes assituate sunt ī alijs. sicut spes q̄ est in iustitia. cū magna iustitia sit in hoībus q̄ habēt maiorē spem in deo q̄ in denarijs possessionibꝰ ꝛ amicis. Et idē est de prudētia cū sapiētia sit ī deo spem habere. Et sic de alijs assituatiōibꝰ virtutuz ex quibus homo cognitionē habere pōt per hoc qđ de situ spei dictū est.

¶ De tempore virtutis.

Charitas est v̄tus ꝛ est in tēpore inquātū est incepta in tpe: ꝛ pōt eē in vno tpe ꝛ non in alio/ꝛ inquātum pōt eē maior ī vno tpe q̄ in alio. Existere qđ hz charitas ī tpe. est ei appropriatū hz nāz tpis realis. ꝛ nō fm nāz charitatis. cū ita sit ꝙ charitas nō sit ex rebꝰ realibꝰ. hz est sīlitudo illaꝝ: īquātum sunt amabiles aut amatiue. Et tps qđ est forā realis: est de nā corpali. sīc accns qđ ē de nā subē. nō ꝙ sit de eēntia subē. hz est nā p quā suba pōt esse. sicut charitas q̄ principiari pōt aut multiplicari vel in tpe ꝓuari sine quo tpe principiari non posset multiplicari neq; priuari sicut substātia: q̄ sine quātitate nō posset eē quāta/ nec sine qua

litate qualis /nec sine colore colorata.

¶ De loco virtutis.

SAnctitas ē virt⁹. ⁊ est i loco spiritualiter. vz i spūali iustitia ⁊ prudentia ⁊ alijs ℵtutib⁹ q̄ sunt filiationes spūales ℵtutū realiū q̄ ꝓsistūt in loco corpali reali: inquātū sine loco eē nō possent/ nec in vno loco eē ⁊ nō in alio. qz sicut chrystallū accūtal' accipit colorē aureū supra aurū sit positū: sic sctitas ⁊ virtutes in q̄b⁹ ꝓsistit: sīlitudinē a loco accipiūt: inquātū in subijs ꝓsistūt. q̄ sunt i loco. Idcirco sicut tunica mouet de vno loco in alū per motū hois: q̄ ex ipsa vestit⁹ est: sic sanctitas mouet de vno loco i alū accūtaliter per motū sctē persone. Idcirco sctitas fīm suā nām nō trāsit p̄ medium q̄ est inter p̄ncipiū ⁊ finē. Et in h̄ passu ē significat⁹ mot⁹ substantiarū sepatarū. q̄ mouent de vno loco in alū nō ꝓtēte i loco fm figurā circularē triāgularē nec quadrāgularē/ nec fm rectitudines loci. sicut tunica q̄ se nō mouet ex vno loco in alū.

¶ De floribus virtutum.

FLores ℵtutū sunt merita: q̄ homines acq̄runt p̄ ℵtutes: q̄s habent. Et hz q̄ ℵtutes sunt diuerse sunt flores diuersi ⁊ distincti. Et qz arbor moralis ē valde necessaria ad sciendū ideo de hac arbore loq̄mur ita diu. Uerū tñ diu nō loq̄mur: īmo breuiter: fm q̄ est necessariū ad sciēdū: ⁊ se hz ad p̄dicatōes fm cōditiōes ipsi⁹ quas dixim⁹. Idcirco loqui volum⁹ de florib⁹ cuiuslibet ℵtutis.

¶ De flore iustitie.

FLos iustitie est meritū q̄ē per recolere intelligere ⁊ diligere iudiciū/ recolitū/ intellectū/ amatū/ bonificatū. ⁊ sic de alijs actib⁹ radicū iustificatax. vt sit iudicare/ ⁊ vt illi sint habitu iustitie induti. Et iō flos iustitie viuit q̄ iustitia ē recolita: intellecta: ⁊ amata: bonificata: ⁊ magnificata. ⁊ cū illa iustificat alios habitus virtutum ⁊ priuatio floris iustitie stat in contrario.

¶ De flore prudentie.

FLos prudentie ē meritū per discretionē hoīm: q̄ accipiunt illa q̄ sunt bona ⁊ mala: ⁊ q̄ scīūt habere modos eligēdi illa q̄ sunt bona/ ⁊ dimittendi illa q̄ sunt mala/ cum iuuamine brancharū arboris sensualis imaginalis et rationalis. Et iō hoies sapiētes q̄runt cōsilia/ ⁊ dāt deliberationē volūtati p̄usq̄ eligāt amabilitates vel odibilitates et intellectui: p̄riusq̄ faciāt iudicīū. et memorie q̄ recolat iuuamina brāchariū arboriū quas dixim⁹. Et ideo vocant sapientes ⁊ discreti in eorum operibus: et ad finem veniunt: quem desiderant.

¶ De flore fortitudinis.

FLos fortitudinis est meritū q̄ē est ex fortificato recolere intelligere ⁊ amare. q̄ē est ex fortificato bonificare magnificare ⁊c. Et eius figura est fortificare q̄ē est flos fortitudinis in quo apparent vigores: qui ex ipso sunt induti. Idcirco hoies qui h̄nt fortē aīm fortes sunt per florē. ⁊ cuz tentātur ad faciendum aliquod illicitum: flos fortificat bonitatem contra malitiam. et sic viuit ex bonificare: sicut lumen q̄ē viuit de olco. Et cum tentantur contra ceteros flores: illos fortificant cōtra eorū contraria. Idcirco hoies fortes animi sunt muniti pluribus floribus spūalibus ⁊ moralibus. cū quibus vincunt tentatiōes sensuales.

¶ De flore temperantie.

FLos temperantie est meritum sui actus. per quem actus aliarum virtutum sunt temperati. sicut iudex q̄ hz moderatos sermones in iudicio: ⁊ habet tēperamentū in mensa ⁊ in suo studio et in expensis suis. et sic de ceteris rebus similib⁹ istis. Et hic flos cō sistit in medio loci temperantie. vt sit fortior: ⁊ q̄ melius sapiat p̄incipiū ⁊ finem et vt cū ceteris floribus maiorē h̄eat ꝓcordantiā. ⁊ cum mouet ex medio loco: ⁊ ad vnā extremitatū appropinquerit: īfirmatus est ⁊ dispositus ad corruptionem.

¶ De flore fidei.

FLos fidei est meritum sui actus quod habet in credendo vera. et viuit ex veritate entium cum iuuamine florum aliarum virtutum. Sicut cum flore iustitie. cum sit iustum credere vera: postq̄ intelligi non possunt. Et est difficile illa credere et non intelligere. Et iste vigor qui est flos fortitudinis: ri-

gat florē fidei.vt sit fortis ꝫ incredulitatē et vt in illa ceteri flores sint fortes.

¶ De flore spei.

HLos spei ē meritū qđ est ex spe= rare licita fm iustitiā ꝛ mīam.ꝛ sustētat⁹ est cū alijs floribꝰ.sicut iustū est habere spem in deo:cū facit verū indicīū in illis:q ei seruiūt et eū honorāt fm eoꝝ posse.Et iustū est: ꝙ deꝰ iuuet eos qui ꝑ ipso laborāt. Et iustū est ꝙ ꝑcat il= lis q̄ se penitent de cōmissis/ꝛ q̄ cōtritio= nem habent ꝛ satisfaciūt/ꝛ etiā ꝙ deꝰ eis parcat:postꝫ spem habent in ipso.

¶ De flore charitatis.

HLos charitatis ē meritū qđ est ex amare amabilia / illo amare induto ex floribꝰ aliaꝝ virtutuꝫ et ex illo alios flores induēte in eoꝝ ama bilitatibꝰ. Sicut amare charitatis qđ iu stū est ꝑ iustitiā/ꝛ discretū siue prudens ꝑ prudentiā /ꝛ forte ꝑ fortitudinē/ ꝛ mode= ratū ꝑ tēperātiā.qđ siq̄dem amare īduit florē iustitie:inquātū amari facit. ꝛ sic de alijs actibꝰ floꝝ. ¶ Secūdū ꝙ dictū ē de floribꝰ in ϗtutibꝰ ꝓmarijs:pōt haberi co gnitio de floribꝰ cōsequētibꝰ descēdētibꝰ ex primarijs.sicut ex flore sanctitatis:qui est merituꝫ ceteros flores sanctificans et ipsos a peccato purificans.

¶ De fructu arboris moralis.

HFructꝰ arboris moralis duo= bus modis ꝓsistit.Anꝰ modꝰ est de mercede floꝝ. Secūs modus est:vt deꝰ honorēt vir tuose ꝛ ei seruiaꝫ. ¶ Primꝰ modus est sicut merces iustitie: q̄ est ꝑ iu= dicare/ ꝛ merces prudentie:q̄ est ex discre tiōe/ꝛ merces fortitudinis: q̄ est ex fortifi care:ꝛ merces tēperātie: q̄ est ex tēperare ꝛ merces fidei:q̄ est per credere:ꝛ merces spei:q̄ est ꝑ sperare : ꝛ merces charitatis: q̄ est ex amare siue ꝑ amare.Et in his mo dis mercedes radicū intrant.sicut merce des iustitie per bonificare magnificare ꝛ alia q̄ induit ꝛ ornāt suū florē. ¶ Secūs modus fructꝰ magis supra ꝓsistit:ꝛ altior est ꝛ nobilior ꝓmo/ꝛ est causa ꝓmi. videli cet moralitates sunt:vt deo virtuose ser= uiatur.veluti cum virtuosa iustitia prudē tia ꝛ ceteris.et etiā cum virtuosa bonita= te magnitudine ꝛ ceteris.Et idem de vir tuoso recolere intelligere ꝛ amare.Idcir co nemo ad deum peruenire potest:qui vi tiose ei seruire voluerit/nec ipse deus be= nedictus vult seruitiū ab eo accipere.Et in hoc passu cognoscitur rō:per quā deꝰ habet ita paucos seruitores/ꝛ ꝙ plures sunt illi'q̄ ei dedecus magnū facūt:iquā= tū ei vitiose seruiunt/ꝛ credunt ei seruire virtuose in hoc mūdo.idcirco cum sunt mortui:nullā habēt retributionem exh qđ hfe credebāt.immo habēt penā:iquā tū deo fuire vitiose voluerunt.

¶ De secunda parte arboris moralis.

HSta pars est de vitijs. ꝛ tot habet partes sicut priª. Que siquidē partes sunt radices/ truncus / branche ꝛ alie. Et per hoc qđ de ꝑma parte di= ctū ē:cognitio ex ista haberi potest.sicut vnum contrariū qđ per aliud ꝓtrarium cognoscitur.Verūtamen qz hāc arborez volumus declarare:de vitijs loqui inten= dimus. ¶ De radicibꝰ vitioꝝ.

BAdices vitioꝝ sunt quattuor:vz malitia stultitia falsitas ꝛ ꝑua tio finis.Et ad ista quattuor se habent magnitudo duratio potestas vo luntas delectatio ꝛdia cōcordantia con= trarietas principium mediuꝫ maioritas equalitas ꝛ minoritas.Magnitudo se ha bet ad malitiā.inquātū malitia est ma= gna.et se habet ad stultitiā:q̄ ꝓtraria est sapientie:inquātū stultitia est magna.et se hz ad falsitatē:inquātū falsitas est ma gna:ꝛ se hz ad priuationem finis: inquā tum ꝑuatio est magna.idcirco peruersa est magni° in vitijs.ꝓtra hoc quod eē sole bat in virtute.quare diffinitio magnitu= dinis invitio existentis est hec.vz magni tudo est id:per quod malitia stultitia fal sitas ꝛ ꝑuatio finis sunt magne. Est etiā diffinitio magnitudinis hec:vz magnitu do est ꝑ quā duratio malitie stultitie falsi tatis ꝛ priuationis finis est magna.idcir co trāsit magnitudo in vitijs. ¶ Diffini= tio malitie q̄ ꝓtrariaꝫ bonitati:est hec.vz malitia est id rōne cuius magnitudo/ du ratio/ptās/stultitia /volūtas/falsitas/de= lectatio ꝛ alie sunt male.qb⁹ similitudini

bus malitia culpe suã dat sꝯitudinem: in quãtũ ipsas puertit invitiũ & peccatũ. Jdcirco malitia est illud: rõne cui⁹ hõ mal⁹ facit malũ. eẽ cui⁹ mali ẽ malũ. & ei⁹ ꝓuatio est bõa. ¶ Jn hac arbore q̃ ẽ devitijs duratio ẽ id rõe cuius durãt malitia magnitudo ptãs & cetere forme puerse ĩ vitijs & peccatũ. Jdcirco duratio ẽ mala ꝺ bonitatẽ. & ei⁹ magnitudo ẽ mala ꝓtra ꝟtutẽ & contra alias formas. ¶ Jn hac arbore ptãs est id: ꝙ qꝺ malitia magnitudinis durationis & alie possunt exister & agere. Que siquidẽ ptãs ẽ mala / & ei⁹ ꝓuatio bona. Et hoc est: qz de illa sequitur malum. ¶ Sultitia ẽ ꝓtrariũ sapie: inquãtũ stultos oẽs illos facit esse: q̃ sunt hꝫituati ex illa & iduti. sicut hõ stult⁹: q̃ fatue intelligit entia ꝓtra eorũ intelligibilitates bonas & veras. finis q̃rum est intelligibilis sub habitu sapiẽtie. Jdcirco stultitia mala ẽ & vitiosa: et eius priuatio est bõa. ¶ Voluntas vitiosa est illa: ratiõe cui⁹ illa que sunt amabilia sũt odibilia & illa que odibilia sunt sub habitu virtutis: ĩ hꝫitu vitijs sunt amabilia. Jdcirco talis volũtas est mala & suo fine vacua. ¶ Vitiũ est priuatio virtutis. & exit ex sꝯitudinibus vnitatum. vꝫ ex malitia & ex mala magnitudine duratione ptãte & alijs. sub cuius vitij habitu sunt forme bone peruerse in malo & in priuatione finis & sub falsis similitudinibus. ¶ Falsitas ẽ illa: que ẽ habitus rõe cui⁹ sꝯitudines bonaꝝ formaꝝ & virtuosarũ puerse sunt in falsas similitudines. Jdcirco illa q̃ falsa sunt: videntur fm apparẽtiã: ꝙ sint vera: & illa q̃ sunt vera videnẽ: ꝙ sint falsa. ¶ Delectatio que est sub habituvitioso: ẽ id in quovitia habẽt dctẽ. Jdcirco hoĩes mali delectationẽ hꝫnt in faciẽdo malũ: & hꝫnt laborẽ ĩ bono. qꝺ hoĩes boni faciũt. ¶ Differẽtia q̃ est inter vnũ vitiũ & aliud: est mala / & ẽ cõfusio bõitatis magnitudinis & ceteraruꝫ formarũ: q̃ indute sunt de virtute. Jdcirco hoĩes malt hꝫnt intellectũ confusum et voluntatem cõfusam / & plus tenebras diligũt ꝙ diligant lucem. ¶ Concordãtia vnius vitij & alterius est mala / & eius priuatio ẽ bona. Jdcirco ẽ mala similitudo ex bona concordantia / & ẽ hoc qꝺ est contra bonã ꝓtrarietatẽ. Jdcirco ꝙ talẽ vitiosam ꝓcordãtiã multa vitia se ꝓcordãt in vno & in pluribꝰ malis. ¶ Contrarietas mala: est hoc: qꝺ est ꝺ bonos fines & bonas cõcordãtias. Jdcirco est mala & eius priuatio est bona. ¶ Maluz ꝑn̄ ẽ id: qꝺ se hꝫ ante ad plura mala pricipia. & istud gñale ẽ ad plura ꝑn̄. & susi eẽ est exꝓuatione bõi ꝑncipij nãlis & gñalis ad bõa ꝑn̄. Et in hoc malo principio gñali ꝑncipiãt ꝑncipia ꝓticularia mala ĩquãtũ hõ dispositus est ad faciẽdũ malũ: inquãtũ ꝑncipiatus est de nihilo. qꝺ nõ hꝫ nãm alicuius boni. ꝙ si haberet: eẽ eẽt nõ eẽ. qꝺ est impossibile & ꝓtradictio. Et ĩ hꝰ passu possunt cognosci ꝑn̄ peccati / & vbi ꝑncipiãtur / & de quo / & per quã ꝑncipiãtur / & q̃re hõ hꝫ libertatẽ ad faciẽdũ bonũ & maluz q̃ siquidẽ libertas quã hõ hꝫ ad peccãdũ nõ est creatura: sꝫ ẽ ex nã nihili: inquãtũ hoĩes se inclinãt ꝙ illã ad ꝑn̄ gñale: de q̃ sunt. vꝫ ad nõ eẽ vel nihilũ. Et inquãtũ hꝫnt eẽ & sunt creati ad bonũ: nãm hꝫnt ex libertate creata ad faciendũ bonũ. & ꝙ illã ꝑncipiãt bona ꝓtra mala. Et iste passus est multũ vtil ad sciẽdũ & difficilis ad intelligẽdũ: vꝫ illis: q̃ parũ scilit. & maxie illis q̃ sunt vitiosi & ꝓtra bona principia. ¶ Mediũ vitiosuz ẽ ꝓuatio medij ꝟtuosi & est subim: in q̃ ꝓuatio finis sꝯitudinem suã influit ad ꝑncipiũ. & ꝑn̄ suã malã sꝯitudinẽ refluit ad ꝓuationẽ finis. Jdcirco in hac ĩfluẽtia & refluẽtia sunt ꝑme forme puerse ĩ vitijs & ĩ malꝫ sꝯitudinibꝰ vñ magna mala durabilia & possibilia sequũtur. q̃ sunt contra instinctus & appetitus naturales bonarũ formarũ. ¶ Privatio finis est vacuitas & vacuatio boni medij & bõi ꝑncipij. Jdcirco ꝓuatio finis est mala. & sub sua malitia & habitu sunt puerse bone forme in peccata & mala. et sunt vacue de suis bonis principijs & medijs naturalibꝰ. Jdcirco in inferno bone forme naturales sunt vacue suis bonis finibus naturalibꝰ. ad quos se habent bona principia & media naturalia habituata accidẽtalibus vitiosis ꝑncipijs & medijs. & nullo tẽpore fine consequentur. ad quẽ finẽ se habebũt fm cursum naturalẽ. Et penã quã habebunt dãnati per priua

tionem finis naturalis:non est aliquis:q̃ eam dicere nec scribere posset.De qua pena loqui intendimus diutius in arbore euiternali. ¶ Maioritas vitiosa est illa maior imperfectio:q̃ se hꝫ ad non esse/et quę facit sibi cõtrariũ(quod est minoritas)concordare cũ esse. Que siquidẽ minoritas naturaliter hꝫ cõcordãtiã cũ non esse.Et in hoc passu potest haberi cognitio sub ratione similitudinis non esse ꝛ similitudinis esse:que sunt formę:q̃ sunt cõtrarie similitudines esse ꝛ non eę. Idcirco hoies mali q̃to maiores sunt in malitia:cõcordãtiã maiorem habent cum nõ esse:q̃ homines qui non sunt ita mali.q̃ ſm comparationem habent rõne eorum malitie concordantiam cum esse.Et in h̃ passu potest haberi cognitio q̃ maioritas est mala in priuatione finis ꝛ in stultitia ꝛ in falsitate.in qua siquidem maioritate mali sunt infideles sub habitu stultitie/ꝛ etiam christiani diuites auari:qui bona communia permittunt esse ociosa ꝛ in priuatione finis contra pauperes. ¶ Equalitas vnius mali ꝛ alterius est priuatio equalitatis vnius boni ꝛ alterius. Idcirco homines auari digni sunt magna pena.Et q̃tomagis sunt auari:maiori pena sunt digni.quia multiplicant equalitatem vnius mali ꝛ alterius:ꝛ priuant finem:propter quẽ diuitie illorũ sunt create.Que priuatio finis est multum mala. in qua concordant plura magna mala ꝫ finem bonitatis ꝛ cõtra finem sue magnitudinis durationis sue potestatis sui instinctus ꝛ sui appetit⁹ naturalis. ¶ Minoritas vitiosa est priuatio minoritatis virtuose.que cõcordantiam habet cuꝫ nõ esse:ꝛ in hoc passu potest cognosci modus ratione cuius poterit haberi cognitio de quiditate virtutis ꝛ de quiditate vitij.Et huius cognitio multuꝫ est vtilis illis:qui habituari volunt ex virtutibus:ꝛ qui volunt vitia euitare ꝛ habitus eorũ. ¶ Dictum est de radicibus vitiosis ꝛ de earum diffinitionibus . per quas haberi potest cognitio de ipsis.ꝛ quomõ stant sub quatuor habitibusvitiosis.vꝫ sub habitu malitie stultitie falsitatis ꝛ priuationis finis sub quibus quattuor habitibus sunt alij habitus aliarum radicum.que se habent ad suas species : sicut materia oleastri:q̃ se habet se conuertit in mãm olee inserte in illo.Et ex istis quattuor formis que sunt supra:que viuunt ex formis inferioribus:cõpositus est truncꝰ arboris vitiose.

¶ De trunco arboris vitiose.

Truncus huiꝰ arboris ẽ ex similitudinibus quas diximꝰ que sunt sue radices.ꝛ qui est communis confusio generalis que est fons : in quo vitia particularia sunt dispositia in potentia.q̃ siquidem vitia trahit agens naturale de dispositione : ꝛ ipsa in actu adducit ꝛ in habitu.sicut martinꝰ vitiosus:qui ex ipsa trahit suam malitiam ꝛ magnitudinem illius malitie. Et idem de sua stultitia et potestate quam habet. per quam potest fieri stultus.ꝛ duratio quam habet in perseuerando in malo:ꝛ in stultitia ꝛ etiam in falsitate ꝛ in priuatione finis virtutis que est truncus contrarius trunco vitij. ¶ Truncus iste est inuisibilis nec videri potest.cum sit ex similitudinibus. q̃ similitudines sunt peccatum.quod est iste trũcus.Et quia in illo stat multitudo malitie:potest quilibet homo multiplicare et augmentare suum peccatum:cum ita sit: q̃ ex formis generalibꝰ multiplicari possunt forme speciales. Et cum in trũco sit minoritas vna ex suis partibus: possunt peccatores mĩorificare sua peccata. ꝛ maiorificare:cum maioritas sit vna pars trunci.et etiam quia priuatio finis est vna ps trunci:possunt peccatores priuare eorũ peccata.ꝛ hoc possunt cum potestate:que est vna pars trunci. Verũtamen possunt cum nuuamine dei contra potestatem trũci.ꝛ possunt cuꝫ contrarietate.que ẽ vna pars trunci.in qua est concordantia virtutũ:sic in dispositiõe ꝛ potẽtia moraliter sicut frigiditas nãliter ĩ aqua calefacta. Et iste passus declarat :quomõ peccatores prãtẽ hꝫ in principiã do x̃tutẽ rõne cõtrarietatis.q̃ est cõtra vitiũ trũ cum adiutorio dei sine quo peccator nõ posset extirpaꝛ cõ.cũ sit incarceratꝰ in carcere iustitie. Et iste passus est multũ vtilis ad sciendũ.

¶ De brãchis arboris vitiose.

RÃche huius arboris pñcipaliter sunt gula/auaritia/luxuria/sup̃bia/ accidia/ inuidia/ꝛ ira. Et iste septẽ brãche sunt habitus: sub quib⁹ sunt forme: ex quibus trũcus cõsistit. De quibus diffinitiões dare proponimus: vt ex ipsis melius cognitionẽ demus.

¶ De gula.

GVlla est illud peccatum: quod sepius priuat abstinentiã ꝛ tẽperãtiã q̃ aliquod aliud peccatũ. Idcirco est illud vitiũ: q̃ quod homines plus moriunt q̃ per aliqđ aliud vitium. ¶ Per gulã sunt sepi⁹ hoies infirmi cũ ita sit: q̃ p nimis comedere aut bibere sit destructa digestio ꝛ appetit⁹ nãlis. ĩ quo nã arboris vegetalis se delectat. Idcirco pfes ꝛ mfes q̃ diligũt filios ꝛ vitã illoꝝ: nutrire nõ deberẽt cũ cibariis delicatis ꝛ pluribus. Que q̃dẽ delectatio ꝛ multitudo disponit gulam ꝛ vitã ꝛ ꝛ diuitias. ꝛ disponit hoies q̃ sunt ociosi/ ꝛ q̃ sunt de grosso ingenio/ꝛ q̃ sunt latrones: cũ diuitie eis defecerint ꝓpter nimis comedere ꝛ biberevel ꝓpter cibaria delicata q̃ sunt charioꝛa q̃ alia. sicut sunt galline ꝓdices et pisces grossi. q̃ sunt charioꝛes q̃ carnes bouine vel sardine. ¶ De auaritia.

AVaritia est illudvitiũ: quod est magis cõtrarium fini bonoꝛi temporaliũ q̃ aliquod aliud vitiũ. ¶ Per auaritiam sunt denarii ociosi in archa omnis auari ꝛ bladum ĩ granariis. ꝛ sic de aliis. Sicut spes ĩ qua homo auarus non existit. inquãtum confidit in suis denariis nec eius appetitus suum habet cõplementum: inquãtum homo auarus non comedit de cibariis que sunt sana. quia sunt digestibilia/et quia appetitiua in illis delectationem inuenit. Idcirco homo auar⁹ est cõtra arborem elementalẽ: ex q̃ sunt denarii. Et idẽ est de cõtrarietate: quam habet cõtra arborem vegetalem: inquãtum est contra sapoꝛes ꝛ delectationes. in quibus natura delectat. Est etiã cõtra arboꝛẽ sensualẽ: inquãtum hõ auarus est male ĩdut⁹/ꝛ iacet in malo lecto/ꝛ multum laboꝛat. Et sic de aliis filiabus istis. sicut homo auar⁹ qui in extremis satisfacere nõ curat de cõmissis: que fecit contra largitatẽ veritatẽ ꝛ finẽ diuitiaꝝ. ¶ De luxuria.

LVxuria est vitiũ: qđ inordinat copulã carnalẽ. inquãtũ ipã deuiat a fine: ꝓpter quẽ est finis carnalis copule. Est em finis carnalis copule: vt humana spẽs restauretur ꝛ multiplicet in pluribus hoĩbus. quẽ finẽ facit luxuria obliuisci/ ꝛ recolere facit delectationes carnales ꝛ ꝺ cursum naturalẽ. quas nec dicere nec scribere sum⁹ ausi. ꝓpter magnã vilitatẽ illaꝝ. Sub quarũ habitu sunt viles illi: q̃ illis delectationibus sunt induti. ꝛ q̃ magna pena sunt digni. ¶ Est etiã luxuria ꝺ sanitatẽ. qꝛ in placitis q̃ dat: arboꝛẽ vegetalẽ destruit. Et est ꝺ diuitias: quas hõ cõgregat ꝛ disponit inuidiã: deceptionẽ: traditionẽ: ꝛ plura alia mala: q̃ veniãt in actu. Et de hoc experiẽtiã habem⁹ in plurib⁹ ꝛ magnis malis: que hoĩb⁹ luxuriosis ꝓ feminas acciderũt. ꝛ p eos pluribus aliis.

¶ De superbia.

inquãtũ ei dat calorẽ quẽ recipit ab igne: sic potẽtia el'alis descẽdit ꝑ potẽtiã vegetatiuã i plãta ad el'antãdũ. ꝛ vegetatiua i equo trahit infer' sensitiuã ad vegetãdũ. ꝛ i hoĩe sensitiua trahit infer' ronatiuã ad sentiẽdũ. Et sic forme supiores agũt de formis inferiorib'. ꝛ forme inferiores roẽ appetit' quẽ hãt in seipsis passiue: attrahunt formas supiores. sicut materia formã. Et ꝺ vegetatiua mouet el'antatiuã i plãta ꝛ sensitiua mouet vegetatiuã i equo ꝛ rõnatiua mouet sensitiuã i hoĩe. Et in h̃ passu significatũ est ꝙ pctũ originale se extẽdit ad aias rõnalẽ cuiuslibet hois fz inclinatiõem quã dixim'. qm̃ corp' hois infectũ est ꝛ corruptũ. ꝛ ita corruptũ sicut est aĩa rõnalis ipz mouet ad el'antãdũ vegetãdũ ꝛ sentiẽdũ. ꝛ mouet ipsum ad necessitates illius. vz ad comedẽdũ bibẽdũz habitãdũ et ad induẽdũ. ꝛ sic de aliis: q̃ sunt extra. q̃ sunt creature dei. quibus vti corp' nõ est dignũ inquãtũ adã ꝓtra sui fuit creatorẽ. et ꝑ hũc modũ aia rõnal' petri et martini ẽ unitrumẽtũ ad peccãdum ꝓpter originale pctũ. ꝑ quã instrumẽtalitatẽ hz culpã gnalẽ. ¶ Duo modi sunt peccãdi. vz pctm originale ꝛ pctm actuale. ¶ Pctm actuale diuidit in pctm mortale/ꝛ veniale. sicut saracen' aut iude' aut aliqs ali': q̃ nõ sit chr̃stian'. in qno extẽditur pctm originale corporal'r: fm ꝙ probauim'. Et idẽ est i xp̃ianis fm nãm mortalitatis ꝛ pene: nõ tm̃ fm redẽptionẽ que facta est ꝑ passionẽ xp̃i. roẽ cui' passiõis ꝛ recreatiois mundata est aĩa xp̃iani a culpa/ꝛ corpus de pctõ originali: ꝛ remanet aĩa saraceni infecta q̃uis nõ sit de essentia aĩe ade. ꝛ illa infectio ꝛ culpa ẽ ei pctm̃ veniale. sed rõne corpis est ei pctm̃ mortale. Sicut cristallũ: qꝺ ẽ in se albũ/ꝛ ipso posito i subo nigro accipit colorẽ nigrũ. in q̃ colore indicat̃ accẽtal'r nigrũ. Sicut hõ exis i iniuria est iniurioſus/ꝛ i luxuria ẽ luxurioſus. Et i h̃ passu põt hõ cogscere: ꝙ aĩa saracẽi aut iudei: q̃ credit eẽ i vita te/ꝛ q̃ nõ peccat mortal'r in pctõ actuali: penã nõ habebit spũalẽ. sed hẽbit penã ꝑ corp'. inquãtũ ꝑ ipm ꝓdiderit gl'iaz spũalẽ. Est ergo in aĩab' ĩdeliũ pctm̃ originale. ꝛ est in illis mortal'r per corp'. propter similitudinẽ: quã accipit. sicut hõ q̃ est in iust' i iniuria: idur' ẽ de hitu illi'. ¶ In adã fuit spes humana tota exaltata sup oẽs alias spes corporales. que oẽs create sunt ad seruitẽdũ homini. ꝛ peccauit adã: fm ꝙ ꝓbauimus. q̃re fm iustitiã dei que est magna opz: ꝙ sicut ꝑ gram tota spes hũana in adã fuit exaltata in magnitudine bonitatis. ita postmodũ tota fuit diminuta i magnitudine malitie roẽ iustitie. intãtũ ꝙ fuit peioris ꝓditiõis q̃ aliq̃ alia creatura/ roẽ peccati ꝛ culpe/ꝛ maiori pene subiugata. sed h̃ eẽ nõ posset: si aia cuiuslibet hois nõ fuisset ifecta ꝑ pctm originale. ꝛ posset de' plus ꝑ gram hominꝫ dare sine aliquo merito illi' q̃ iustitia dei hoĩem punire ꝑ culpã. Et q̃ gra dei ꝛ sua iustitia sunt vna ꝛ eadẽ bonitas ꝛ magnitudo in nũero: oportet ꝙ tm̃ deus punire possit ꝓpter culpã q̃ dare ꝑ gram. Est ꝯ spes hois in peiori ꝓditione ꝓpter pctm̃ originale q̃ species pomerij equi piscis ꝛ gruis. qm̃ ista indiuidua post eorũ mortẽ penã nõ hãt. ꝛ ita nõ sunt de tãdẽ conditione: sicut sunt hoies: q̃ moriũtur i pctõ originali. ꝛ esset iniuriatũ iustitie dei. que nõ posset tantũ punire sicut gra dei dare. ¶ Si nõ cẽt pctm̃ originale hominis nõ recreati: corp' illi' post resurrectionẽ nõ esset tormẽtatũ. qm̃ non haberet cũ quo tormentum sentiret/ aut oporteret ꝙ anima illius haberet gloriam: ꝛ ꝙ ipsũz corpus haberet penam: ꝛ esset corpus in inferno ꝛ anima in paradiso. ꝛ hoc ẽcit impossibile. Oportet ꝯ ꝙ anima sit subiecta peccato originali: vt sit instrumentũ cum quo corpus infidelis mortui in peccato originali post resurrectionem possit tormentari ꝛ puniri de illo pctõ. ¶ Peccauit adam: vt probatum est: ꝛ remansit peccatum originale corporaliter in omnibus hominibus. fm ꝙ ꝓbauimus. ꝛ perseuerantia peccati remanere non posset generalis sine subiecto. ꝛ corpus hominis non recreati nõ posset esse per seipsũz tãtũmodo subm perseuerantie peccati. q̃ requirit subm: quod sit hõ. q̃ non põt esse sine aĩa ꝛ corpore. Oportuit ergo: ꝙ anima intrasset in subiectione perseuerantie peccati. vt homo esset subz illi perseue

rantie. Et ideo indirecte ⁊ oblique pctm̃ originale cadit i aīa hoīm infidelīū. ⁊ directe ⁊ sine medio i corpore ipōr. Quare sicut vnus hō esset deamatus p alīū ⁊ nō p semetipsum: ita anima infecta est per peccatum originale ⁊ nō per semetipsaz. et hoc est ratiōe magne conīctionis et participatiōis: que est inter illam et corpus. Et in hoc passu cognoscīt: qīo sanctitas est magnū q̄d/ ⁊ qīo pctm̃ est grave. ¶ Quartus mod⁹ ꝓbatiōis est de recreatiōe: ꝓbatio cui⁹ nō cadit in hoc loco postq̄ habem⁹ ꝓbare: q filius dei sit incarnatus/ ⁊ inquātum homo crucifixus. Quare ꝓbato q sit incarnat⁹ ⁊ propter recreare hominē crucifix⁹: est iste articulus de recreatiōe ꝓbat⁹ in probatione illorum duor articulorum.

¶ Q⁹ deus sit glorificator.

ARticulus istē q̄ est septim⁹: facit testimoniū: q de⁹ est glorificator. vz q ipe dat gl'iam sanctis gl'ie. Et ꝓbatio ist⁹ articuli fit trib⁹ modis. ¶ Prim⁹ mod⁹ est ꝓbare resurrectionē. vt gl'ificent corpora hominū tuor. ¶ Secundus modus est ꝓbare: q aie hominū sint īmortales. vz nāl'r incorruptibiles vt ex ipsis ⁊ ex corporibus resuscitatis sint homines: vt prius. qui vadant ad gloriam. ¶ Tertius modus est probare q gloria datur per deum.

¶ Q⁹ sit resurrectio.

DEus creauit hominē cum magnitudine bonitatis durationis ptātis ⁊ aliarū: ⁊ ideo naturalīter est ī hoīe magna bonitas/ ⁊ sua bonitas est maior p durationē aīe corporis q̄ per durationem vnius tātūmodo. ⁊ idem est de magnitudine ptātis. oportet ergo q sit resurrectio. postq̄ creatio: est de magnitudine bonitatis per agens in patiente. in quo patiēte nō posset eē: si nō esset resurrectio: in qua duraret magnitudo bonitatis corpaliter ⁊ spiritualiter ī euiternitate. ¶ Si sit resurrectio: pōt ptās dei euiternal'r ī hoīe. ⁊ si nō sit resurrectio nō pōt in hoīe nisi ī ista vita: in q̄ sum⁹. vñ cū hō sit plus q̄ aīa: sicut totū qō est maī⁹ sua parte: ē ī hac vita maī⁹ subiectum ptāti dei q̄ in alia. ⁊ ista vita melior est ⁊ nobilior q̄ alia. cū ita sit: q illud subiectum est nobilius: in quo potestas dei possificare pōt matorē magnitudinem bonitatis. ⁊ qm̃ impossibile est q ista vita sit nobilior q̄ alia: oportet q sit resurrectio vt potestas in hoīe vti possit magnitudine bonitatis durationis ⁊ aliarum. Erit ergo resurrectio de necessitate. vz ꝑm magnitudinē diuine bonitatis ⁊ magnū vsum quem requirit in suo effectu ꝑm magnitudinē bonitatis iustitie gr̃e ⁊ voluntatis. ¶ Si non sit resurrectio: in alio sc'o recolīt de⁹/ intelligīt ⁊ amat p aīam/ ⁊ nō p hoīem. ⁊ p aīam iustā recolīt intelligīt ⁊ odīt/ ⁊ nō p hominē. ⁊ ita iustitia dei deficit. qm̃ ī hac vita de⁹ fuit p hoīem recolit⁹ intellectus ⁊ amat⁹. Et p hoīem malū recolit⁹ intellectus ⁊ odit⁹. ⁊ sic iustitia retribuit alīj ⁊ nō illi q̄ dilexit/ ⁊ punit alīū ⁊ nō illū qui odit. Est g̃ resurrectio: vz vt iustitia dei retribuat illi: q̄ deū dilexit/ ⁊ puniat illū: qui deū odit. Et i hoc mūdo sunt plures hoīes iusti qui multū laborāt ꝓpter deū dm̃ nr̃m corpal'r/ ⁊ q̄ mortui sunt ꝓpter amorem suum. Et si nō esset resurrectio: nō esset corpus remuneratū de laboribus quos sustinuit in hoc mūdo ad seruiēdū deo. ⁊ idem est de pluribus hoībus iniustis: qui in hoc mūdo plures habuerūt ꝓsperitates/ ⁊ puniti nō sunt in hoc mūdo de malis: que fecerūt in hac vita ꝑ deū. ⁊ sic corpus illor̃ siue corpa nō punirētur: si non esset resurrectio ⁊ deficeret iustitia dei in iudicādo. qō est impossibile ⁊ contra magnitudinē iustitie. Erit ergo resurrectio: vt post hāc vitā corp⁹ habeat mercedē: vt bono faciat bonū/ ⁊ malo faciat malū. ¶ Omnia corporalia creata sunt ꝓpter corpus hoīs ei seruiēdo. ⁊ ideo corpus hoīs est sicut cētrū ⁊ finis: ad quem se habent alie creature corporales. sicut elementa se habēt ad elementata: ⁊ sicut brāche arboris vegetalis ad vegetatum/ ⁊ sicut brāche arboris sensualis se habēt ad sensatum: vnde si nō esset resurrectio corpor̃ hoīm: post finē mūdi oēs substātie corporales essent vacue fine: cū ita sit q̄ post finem mūdi nō sit gn̄atio nec corruptio nec opatio elemētalis nature. Et

¶ fit resurrectio: remanēt plene fine i glo rificatōie corpoꝝ sctōꝝ: cū nā quoꝝ ptici pāt corpora el'ata. ⁊ illa participatio exit euiterna. ⁊ idē est de corporib⁹ celestib⁹. Erit ergo resurrectio: vt corpora rema neant plena ⁊ habeāt cētrū: ad qō cōple te se habeāt. Et i hoc passu cognoscitur: q̄ homines peccatores qui moriuntur in pecrato mortali magnam faciūt iniuriā creaturis corporalib⁹. q̄ eis seruierunt in hac vita comedēdo bibēdo videdo audiē do tāgēdo loquēdo ⁊ illuminādo/ ⁊ pluri bus alijs modis. qō quidē seruitiū ꝑdit totū i hoīe pctōre: in quo sue ptes corpo rales sunt vacue fine/ ⁊ vacuāt fines alia ꝝ ptiū exteriorꝝ. Et ideo sunt hoies: q̄ mo riunt i mortali pctō: magna pena digni.

¶ Q⁹ aia rationalis sit immortalis.

IN hoīe sunt. v. potētie gnales. vz potētia el'ativa vegetativa sensi tiua imaginativa rationativa. Et p. iiij. primas est corp⁹ ⁊ p rationati uam est aia. que nō est de nā corporis. qō si esset: esset el'alis ⁊ de cōditiōibus el'oꝝ. nec esset cōtra sentire. sicut hō qui resistit cum tēperātia cōtra nimis cōedere/ ⁊ cō tradicit imaginatiōi cū rōne: q̄ attingit veritatē superius: quā imaginatio nō at tingit. sicut nos qui sum⁹ in hac terra su periori: q̄ imaginamur q̄ antipodes ca dāt inferi⁹. Et iaz imaginat imaginatio: q̄ pomū dulce sit amaꝝ cū per infirmum gustare tangat. Et intellect⁹ attingit: q̄ antipodes nō cadūt inferius: qm̄ sic ascē derent supra/ nec q̄ pomū dulce sit ama rū. sed q̄ gustus in gustādo sit infirm⁹: q̄ loco dulcedinis amaritudinē attigit. Est ergo intellectus alterius nature ⁊ essen tie que nō est corp⁹. ⁊ ideo sicut q̄ poneret vnā sagittā in igne cōbureret lignū ⁊ nō ferrū: ita moritur corpus: ⁊ remanet aīa. Est ergo ꝑbatū: q̄ aīa rōnalis est immor talis ſm cursuz nālem/ ⁊ corpore mortuo remanet aīa. ¶ Corp⁹ hūanū duob⁹ mo dis morit. vn⁹ ē rōne peccati originalis. vt ꝑbatū ē. ꝑpter qō aia nāl'r nō morit. cū ita sit: q̄ illud pctm̄ sit sibi venialevt ꝑ batū est. Alī⁹ modus est: qz est cōpositum ex. iiij. elis: quorū quodlibet alij ꝛriat. et qz de formis corruptibilib⁹ est gnatum ⁊ de nouis indutū. Sed aia nō est elemēta lis nec de nā corpali/ nec etiā est gnata. sed simpliciter est sine successiōe creata. ⁊ ideo nō hz in seipsa nām rationē cui⁹ sit mortalis. Est g̃ immortalis sicut flos alb⁹: qui inquantū est alb⁹ nullā hz nām q̄ sit niger. qm̄ aia rōnalis ita est p vitā ꝛria morti sicut flos alb⁹ ꝛ nigredinē ꝑ albe dinē/ ⁊ sicut suba calida: q̄ est ꝛria p calo rē sube frigide. ¶ Deus bñdict⁹ creauit aīam ad recolēdū intelligēdū ⁊ diligēdū scip̄m. etiā ita bene ip̄am creauit: vt deū ita fortiter recoleret intelligeret ⁊ ama ret cū magnit⁹ duratiōis: sicut cū magnit⁹ bonitatis/ ptātis/ sapie/ volūtatis/ virtu tis/ ⁊ veritatis. cū ita sit: q̄ de⁹ sit tātū re colibilis/ intelligibilis/ ⁊ amabilis p suā eternitatē: sicut p magnitudinē sue boni tatis ptātis ⁊ aliaꝝ. Est g̃ aīa īmortalis ⁊ euiterna: postq̄ de⁹ euiternal'r est reco libilis ītelligibilis ⁊ amabilis. etiā ē im mortalis vt magni⁹ dei satisfaciat magni tudini memorabilitat⁹ intelligibilitatis ⁊ amabilitatis dei i euitermitate. ¶ Si aīa eēt mortalis: cū ita sit: q̄ nō sit de nā el'ali nec etiā corporali (vt ꝑbatū est) post mortē suā nō eēt aliq̄ subm: in q̄ eēt susti tata. Et idem est de suis ptibus q̄ radices sunt sue arboris. ⁊ nō eēt aliq̄d. ⁊ sic esset de⁹ iniustus: si aīam malā nō puniret/ ⁊ nō retribueret aīe iuste/ ⁊ si ip̄az alia vice crearet: ip̄am recreare nō posset i illo nu mero ꝓmo. qm̄ sue ptes noue eēnt: ⁊ alie. cū ita sit: q̄ i duab⁹ creationibus opz q̄ sint duo nūeri ita in pluralitate distincti sicut due creationes. Et iste passus subti lis ē ad intelligēdū. Non est g̃ aīa creata alia vice. remanet g̃ īmortalis: vt su⁹ nūe rus subm remaneat iustitie dei ⁊ glie: si bona sit/ ⁊ pene si sit mala. ¶ Aīa iusta i hoc mūdo nō est remunerata. qm̄ i h̄ mū do detē nō hz. qm̄ tot⁹ mūdus ip̄am satu rare nō pōt nec cōplere. qm̄ cū hō vnā rē affectauerit: statim desiderat aliā. ⁊ quia de⁹ est iust⁹: opz q̄ aīa rōnalis sit īmorta lis. vt detē hēat i qua assequat meritū ex bonis: que fecerit recolēdo intelligēdo ⁊ amādo deū. Et idē ē de aīa hoīs iniusti: qui i h̄ mūdo puniri nō pōt i illis hoib⁹: qui hñt ꝓsperitates/ ⁊ quos hñt labores iu

hoc mſdo.opꝫ ergo ꝙ puniatur in alia vi ta cum magnitudine iuſtitie: vꝫ in euiter nitate.quã probare volumus.

¶ Q⁹ deꝰ dabit gl̃iam ſctis i gl̃ia.

QReauit deꝰ mundũ cum magni tudine bonitat̃/eternitatis/ptã tis/ſapĩe/volũtatis/gl̃ie/ꝛ verita tis.Et tiõ ſua magnitudo eſt ita rõ: ꝙ deꝰ creauerit mundũ rõe gl̃ie/ ſicut rõe boni tatis.Eſt ꝫ finis mſdi ita magn⁹ ꝑ gl̃iam ſicut ꝑ bonitatẽ.Sufficit ergo veritas ad gloriãdũ hoĩes in gl̃ia: vt magnitudo tã tã ſufficere poſſit fini gl̃ie ſicut fini boni tatis.Eſt ꝫ ꝓbatũ:ꝙ deus q̃ creauit mun dũ:dabit gl̃iam hominib⁹ bonis.Et iſte paſſus eſt placẽs ad intelligendũ: qm̃ itel lect⁹ gaudet ꝛ attingẽdo ☧itatẽ gl̃ie: quã expectat.gaudet etiã in nouo modo ꝓba tionis:quã dam⁹ ẽm tabulã gl̃ialẽ. ¶ In deo eſt gl̃ia.ꝛ ipe eſt ſua gl̃ia/ꝛ ſi nõ daret gl̃iam illis:q̃ ſuã gl̃iam diligũt:iniuriam faceret amabilitati ſue gl̃ie/ꝛ amatiuita ti illoꝝ: q̃ ſuã gl̃iam diligũt.Et ſic eẽt in iuſtus ꝛ auarus amabilitati ſue/ꝛ amati uitati hoĩm.Et idem ſequereꝫ de ſua me morabiliatte/ ꝛ de intelligibilitate/ ꝛ de memoratiuitate ꝛ intellectiuitate hoĩm. q̃ iniuria eſt impoſſibilis.Dabit ergo deꝰ gl̃iam oĩb⁹ illis:q̃ moriunꝫ in ſtatu boni tatis ☧tutis ꝛ ☧itatis/ ꝛ q̃ ipm̃ diligũt/ ꝛ ſuã gl̃iam ſperant. ¶ Articulus dicit:ꝙ deꝰ eſt glorificator.ꝛ magni° gl̃ie dei hoc ſignificat cũ magni[e] bõitatis: duratiõis: ptãtis:ſapĩe:volũtatis:☧tutis:veritatis. Magni° gl̃ie hoc ſignificat cũ magni[e] bo nitatis;inquãtũ eſt mag[m] bonũ dare glo riã ꝛ magnã durationẽ: magnã ptãtem: magnã ſapĩaz:magnãvolũtatẽ:ꝛ magnã ☧tutẽ in euiternitate. ꝛ ſi deꝰ hoĩes ſctõs nõ gl̃ificaret:eẽt ſignificatũ ꝫ̃ruũ.vꝫ ꝙ glo ria nõ ſignificaret cũ magni[e] bõitatis da re ſe hoĩb⁹. ſed cũ quitate bõitatis.Et ſic eẽt ꝫ̃ ſuã magnitudinẽ: quã hꝫ in bonita te duratiõe ꝛ ceteris. qð eſt impoſſi[e]. opꝫ ergo ꝙ ꝫ̃ruũ ſit verũ.vꝫ cõcordãtia magni tudinis gl̃ie bonitatis eternitatis ꝛ cete raꝝ. ¶ Inquãtũ articulus dicit:ꝙ deus gl̃ificabit: inquirim⁹: vtrũ deꝰ gl̃ificabit hoĩem:aut nõ. Si teneam⁹ negationẽ et ſit vera: articulus eſt falſus/ ꝛ deficit gl̃ia cum magni[e] bonitatis eternitatis ꝛc̃. ſue amabilitati.Et ſi affirmationẽ teneam⁹: ſufficit gl̃ia cũ magni[e] ſiebonitatis eter nitatis ꝛ ceteraꝝ ſue amabilitati.Eſt ꝫ ve ritas cõpleta ſufficiẽtia.quã gloria hꝫ in ſua amabilitate. Eſt ꝫ articulus verus et affirmabilis/ ꝛ nõ negabilis. ¶ Verũ ita mẽ inq̃rere volum⁹: ſi deꝰ gl̃ificabit ſctõs cũ medio vel ſine me°.Si dicam⁹ ſine me dio:affirmam⁹ : ꝙ deꝰ ſit viſibilis oculis corpalib⁹. ſꝫ hoc eſt impoſſi[e].opꝫ ꝫ ꝙ glo rificet corpa hoĩn cũ gl̃ia.q̃ ſit mediũ:qð ſit viſibile.qð eſt corp⁹ x̃pi glorificatũ. qð ꝓbare intẽdim⁹.Et tiã inq̃rimus: vtrũ an gelos ꝛ aĩas ſctõꝝ gl̃ificabit cũ ſpẽ multi plicata ex ſua ſĩlitudine/aut ſine ſpẽ. Si intelligam⁹ cũ ſpẽ: affirmam⁹:ꝙ gl̃ia eſt in minoritate ꝫ̃ maioritatẽ gl̃ie magnitu dinis:bonitatis:duratiõis:ptãtis: ſapĩe: volũtatis: ☧tutis:veritatis:cõcordantie: principiĩ:mediĩ:finis: ꝛ equalitatis.Opꝫ ergo tenere ꝫ̃ruũ. vꝫ ꝙ deus glorificat ſine medio ꝛ nõ cũ medio.ſicut ignis:qui aerẽ calefacit ſine medio. ꝛ nõ ſicut ignis: qui calefacit aquã cũ medio.ꝛ faber:qui cum medio facit clauũ igne calefaciẽte aerem ꝛ poſtmodũ aquã/ꝛ fabro tãgẽte clauum cũ martello moto per manũ.Qui ſiquidẽ clauus ſiue cultellus ſine medio fieret: ſi clauu fabro facere volẽte: factus eſſet ſine tactu martelli. Et in hoc paſſu cognoſciẽ quõ diuina volũtas volẽdo ſufficit glorifi cationi aĩaꝝ ꝛ angeloꝝ:quã habent fixe: ſiue ꝑſeuerãter in obiecto:qð eſt gl̃ia dei. Illã ☧o gl̃iam quã hñt: nemo ipam dice re vel ſcribere poſſet. ¶ Deus eſt glorifi cator ſine ꝫ̃rietate ꝛ cũ pura cõcordãtia: quã bonitas:eternitas:ptãs:ſapĩa:volũ tas:gl̃ia:☧tus:ꝛ ☧itas hñt in magni[e] cõ tra quitatẽ. Et idẽ eſt de cõcordãtia: quã hñt magni°:eternitas:ptãs:ſapĩa:volun tas:☧tus:gl̃ia: ꝛ ☧itas cũ bonitate ꝫ̃ ma litiã.Et idẽ eſt de cõcordãtia: quã bõitas ꝛ magni°:ptãs:ſapĩa:volũtas:gl̃ia:☧tus ꝛ veritas hñt in eternitate ꝫ̃ priuationẽ. Et idem eſt de fine ꝛ alĩs formis. Et iſte paſſus eſt multũ placẽs ad intelligẽdũ. ꝛ ſignificat magnã gl̃iam ꝓpter cõcordan tiã oĩm formaꝝ diuinaꝝ.quã hñt ad glo rificandũ ſctõs in patria. ¶ Dictũ eſt de

septē articulis: qui pertinēt ad deitatem. Modo oportet dicere de septem articulis qui spectāt ad humanitatem.

¶ Q̄ dñs iesus xp̄s de spūsco sit p̄cept⁹.

ARticulus iste requirit tres ꝓbationes. ꝑia ē: q̄ sit incarnatio. Scda ē: q̄ dñs iesus xp̄s p spm scm sit p̄cept⁹ /ꝛ nō p hoiem. Tertia ē: q̄ ip̄e sit icarnat⁹ /ꝛ nō ad incarnandum.

¶ Q̄ deus sit incarnatus.

QUām de⁹ creauit mūdū: fuerūt in illa creatiōe sua bonitas: sua magnitudo: sua sapiētia: ꝛ sua volūtas. Sapīa intellexit magnitudinē finis. rōne cui⁹ ipse creauit mūdū. Et illū finez magnū intellexit rōe magnitudinis dei: que erat in creatione /ꝛ bonū rōe bonitatis /ꝛ amabilē rōne volūtatis. Fuit g̈ mūdus creat⁹ ad magnū finē bonū intelligibilē ꝛ amabilē. Sequit g̈ q̄ si de⁹ sit īcarnatus q̄ finis ꝓpter quē mundus creat⁹ est: sit in ita magna bonificabilitate magnificabilitate ꝛ intelligibilitate ꝛ amabilitate: q̄ nō possit eē in maiori. q̄ si ī maiori posset eē: deficeret maioritati finis diuina bonificatiuitas magnificatiuitas intellectiuitas ꝛ amatiuitas. qđ ē impossi⁹: est g̈ de⁹ incarnat⁹. cū sit maior finis ꝓpt quē mūdus possit eē creatus: q̄ invna ꝑte mūdi de⁹ sit incarnat⁹ /vz ī hoīe: in q̄ ꝑs nature participāt: q̄ in aliq̄ alia creatura. q̄ ꝙdē hō in deo sit psonat⁹ ꝛ cū illo cōiunct⁹ /ꝛ q̄ de diuina natura ꝛ hūana sit vna psona: vnū suppositū: vn⁹ de⁹: vn⁹ hō. nō duo dīj nec duo hoīes. sz vn⁹ hō deificatus /ꝛ filj⁹ dei homificat⁹. ¶ De⁹ carnē hūanā assumere voluit. vt sicut sue dignitates ꝙtē hñt intra se in opatiōe: q̄ ē ita magna: q̄ maior eē nō possit: ita ꝙtē haberēt in opationib⁹ exteriorib⁹. vz in creaturis. sz h̄ eē nō posset: si icarnat⁹ nō fuisset /ꝛ creaturā nō deificasset. qm̄ sicut sua bonitas nō pōt eē maior rō bono q̄ agat bonū: sicut si sit rō bono deo: q̄ producat deū. ꝛ idez est de magnitudine ꝛ alīs. ita bonitas diuina nō p̄t esse maior rō bono creatori: q̄ ꝓducat bonā creaturā: sicut ē: q̄ sit ei rō: q̄ ipam ad deū ꝓducat. de qua de⁹ sit ita indut⁹: q̄ ip̄e sit illa creatura /ꝛ q̄ ip̄e ꝛ illa creatura sint vna psona: q̄ sit hōmo de⁹. Et sic bonitas hz ꝙtē in maioritate creature ꝛ sapiētia sītr. qm̄ nō pōt scire nobiliorē creaturā. Et sic de ptāte: q̄ quietē hz: qm̄ ipaz nobiliorē facere nō p̄t. Et volūtas sītr quietē hz: qm̄ nobiliorem creaturā diligere nō pōt. Et idē est de magnitudine: q̄ ipaz pl⁹ magnificare nō pōt. Est ergo de⁹ incarnat⁹: vt sue dignitates ꝙtē habeāt in opibus extra. Et si de⁹ nō sit incarnat⁹ nec ad incarnandū bonitas foret rō bono creatori: q̄ crearet magnuz bonū cū magnitudine /ꝛ deus nō crearet ita magnū: sicut bonitas ꝛ magni° essent rōnes creatiōi. ꝛ hoc sciret sapiētia: īquātū sciret maiorē creabilitatē magnitudinis ꝛ bonitatis. ꝛ sic bonitas ꝛ magnitudo quietē nō hērent /nec sapiētia nec alie forme in creatiōe /ꝛ de⁹ crearet creaturas bonas ꝛ magnas infinite et nullo tpe ad finem nec ad ꝙplementū ueniret. qđ est impossibile. ¶ Inter causam ꝛ suum effectū est concordantia. per quā concordantiaz omne efficiens suā operationē diligit naturaliter. deus est causa p̄ma ꝛ mūdus est suus effectus: vz sua operatio. est ergo ītr ipsum et mundū cōcordantia. subiectum cui⁹ cōcordātie est participatio dei ꝛ creaturarū. quā ꝑticipationē volūtas vult esse ita magnam: q̄ maior eē nō possit. maior eē nō p̄t: si de⁹ sit īcarnat⁹. qm̄ in illa īcarnatiōe ꝑticipat cū oīb⁹ creaturis /inquātum hō in se ꝓtinet naturā oīm creaturarū. q̄ si non sit incarnat⁹ volūtas diuina nō diligit magnā ꝑticipationē nec cōcordātiā inter deū ꝛ creaturā. sz hz ꝓcordantiā cū ꝑitate ꝛ ꝛrietate ꝛ magnitudinēt ꝓcordantiā ꝑ quā ꝓcordātiā quā hz cum paritatez ꝛ cum cōtrarietate: est cōtra operationē magnitudinis: bonitatis: eternitatis: et potestatis. ꝛ sic de alīs. que cōtrarietas est impossibilis. est ergo deus incarnatus. ¶ Deus creauit mūdum rōne bonitatis. ꝛ ideo ip̄m creauit bonū. ꝛ ipsum creauit ratione magnitudinis. ꝛ ideo ip̄s creauit magnū. Deus est deitas: sicut ē bonitas ꝛ magnitudo. oportet ergo q̄ mundū creauisset rōne deitatis. oportuit ergo q̄ mūdus fuisset deificatus: postq̄ fuit bonificat⁹ ꝛ magnificatus. Quoniā si deificatus non fuisset: fuissent bonitas ꝛ ma-

gnitudo in creatione/ꝛ non deitas:q̄ esset ociosa in creatione. quod impossibile est. cum ita sit: ꝙ illa bonitas et magnitudo sunt vnū idē nūero/ꝛ cum deo similiter. q̄ creauit mundū. Est ergo mundus deificatus in vno homine:q̄ est deus. qm̄ tot⁹ mūdus nō posset esse deificat⁹: sicut nō est totus bon⁹ in vnitate bonitatis: nec totus magnus in vnitate magnitudinis. q̄ vnitate sunt in hoīe deificato. q̄ est pars mundi. in quo deitas fuit ratio deo ꝙ hominē deificaret. in quo foret īcarnatus ꝛ homificat⁹. ¶ Quia deus est incarnat⁹: potest eē finis ꝛ cōplemētū oīm rerū corporaliū in eternitate. sed hoc esse non posset: si de⁹ incarnat⁹ nō esset. qm̄ si de⁹ nō eēt corpori vnit⁹: nulla nā ekalis vegetalis ꝛ sensualis ipm attingere posset nec cū illo participare: ꝛ sic essent vacue fine. ad quē finē se haberent in eternitate naturaliter pncipiū ꝛ mediū illorū/ꝛ nullo tēpore ipsum attingerēt. que vacuitas eēt mala ꝑ bonitatē/ꝛ parua ꝓtra magnitudinē. Est ergo deus incarnatus. vt illud glorioſum corpus q̄ sumpsit: sit visibile ꝛ ei⁹ sermo audibilis. In quo corpore glorioso sunt nature arboris ekalis vegetalis ꝛ sensualis. ꝛ sic ē plenū pn̄m ꝛ mediū creaturaꝝ corporaliū in illo corpe gloso. q̄ est finis oīm corporaliū. qm̄ oīa corpalia ḋescūt in illo fm nāz corporalitat⁹. ad quoꝝ ḋetē nulla creatura sufficeret: q̄ non esset deificata.

¶ Q⁹ dns iēs xp̄s de spūsctō sit cōcept⁹.

Potentia ꝛ obiectū cōcordātiā hn̄t in opatione. sicut visitiuū ꝛ visibile: q̄ cōcordantiā hn̄t in videre. ꝛ intellectiuū ꝛ intelligibile in intelligere. ꝛ bonificatiuū ꝛ bonificabile in bonificare. ꝛ sic de alijs. Et q̄to maior est concordantia: magis est actus simplex: ꝛ magis ꝓpinqu⁹ potentie ꝛ obiecto. Opz ergo ꝙ xp̄s sit cōceptus de spūsctō i dna nra sctā maria ⁊gine glorioſa. qm̄ si per hoīem cōcept⁹ fuisset: actus nō fuisset ita pur⁹ nec ita simplex inter deū ꝛ dnam nostram sanctā mariā: ꝛ xp̄s haberet duos patres: vz vnū deum ꝛ aliū hoīem. ꝛ dna nostra nō habuisset tunc ita puram conceptionem in concipiendo deū: sicut habuit sine copula hois: ꝛ foret conceptio minor/ꝛ opatio potētie sīr. ratione cuius minoritatis nō posset esse incarnatio q̄ in maiori maioritate cōcordantie esse oportet: q̄ possit esse inter potētiā ꝛ obiectū. Fuit g̃ iēs xp̄s ꝓcept⁹ de spūsctō sine copula viri. ¶ Si iesus xp̄s fuerit ꝓcept⁹ p carnalē copulā viri: fili⁹ dei duos pres habuisset ꝛ vnā matrē. vz deus patrē ꝛ hominē pfem. q̄ hō pater ita foret su⁹ pater sicut dna nra sua mater. Sed h̄ nō oportet fm magnitudinē filij dei. qm̄ posq̄ sufficit vnus de⁹ pater: nō opz ꝙ habeat hominē patrē/etiā nālior est filiatio vni⁹ patris ꝛ vnius matris q̄ duoꝝ patrū ꝛ vni⁹ mris. Et q̄ maiorē ꝓcordātiā pris ꝛ matris ꝛ filij opz eē in īcarnatione. opz de necessitate: ꝙ p spūsctū fuisset xp̄s ꝓcept⁹ ꝛ nō p hominem. ¶ Si xp̄s fuisset cōcept⁹ de homine: foret in ꝓceptiōe hominis patris ꝛ femine matris: ita hō sicut ali⁹ hō: ꝛ nō posset esse incarnatio: quā opz eē de necessitate. vt hō eēt homificat⁹ i deitate/ꝛ nō in seipso. vt vna posset esse persona ex ambab⁹ naturis: vz ex diuina natura et humana. que quidez persona non posset esse vna: si xp̄s inquātū hō fuisset i seipso homo/ꝛ non in deitate homificatus. qm̄ iā eēt cōcept⁹ ex hoīe patre ꝛ femina. Est ergo xp̄s homo p sctū spūm ꝛ nō p hoiem gnat⁹. iz de matre ꝓduct⁹ i deitate. ¶ Si xp̄s p hominē cōcept⁹ fuisset: dna nostra sancta maria nō potuit esse virgo in conceptione. sed p hoīem corrupta fuisset. per cui⁹ corruptionē sanctitas ꝛ itētio fuissent in minoritate puritatis/bōitatis/magnitudinis/voluntatis/potestatis/in incarnatione. ꝛ sic de alijs formis. ꝛ ita conceptio digna non fuisset cōiungere naturā diuinā ꝛ humanā in vna persona ꝛ suppositō deo hoīe. Oportet ergo ꝙ dna nostra virgo fuisset. vt in cōceptiōe exaltaret suā dignitatē ꝛ potestatē ad maioritatē magnitudinis/bōitatis/virtutis ꝛc̄. ¶ De⁹ hominē fecit de terra: ꝛ feminam fecit ex homine fm ordinē. oportuit ergo ꝙ hominē ex femīa fecisset. ꝛ si xp̄s fuisset fili⁹ hominis ꝛ femie: tertī⁹ modus defecisset: videlicet in producendo hominē ex femīa absq̄ homine. Qui quidē defectus fuisset vacuitas ordinis ꝛ magnitudinis bo-

nitatis ⁊ aliaꝝ. que vacuitas est impossibilis postꝙ est ꝯ bonitatē magnitudinis ⁊ aliaꝝ. ¶ Q⁹ deus sit iam incarnatus.

OPortet ꝙ incarnatio sit cū magnitudine veritatis. vr̄ illa possit esse magnitudo bonitatis. que in ipsa esse nō posset: si esset cum paruitate veritatis. cui paruitati veritatis resisteret magnitudo falsitat⁊ ⁊ malitie. ⁊ sic nō posset esse incarnatio. Et q⁹ ꝓbatum est: ꝙ incarnatio sit: est ergo cū magnitudie veritatis: si deus sit iam incarnat⁹. Q̄m si esset ad incarnandū oēs hoīes qui credunt aut crediderūt: ꝙ iam sit incarnat⁹ sunt in falsitate ⁊ cōtra veritatē credētes vnā ⁊ candē incarnationē. ⁊ sic sunt i malitia ⁊ in pctō/⁊ ad ignē vadūt infernalē. ⁊ sequitur quitas veritatis ⁊ p̄uatio magnitudinis bonitatis in diuina volūtate ptāte ⁊ sapiētia. qō est impossibile. Est ergo de⁹ iam incarnat⁹: vt restauret magnitudineꝫ bonitatis ⁊ veritatis in hoīb⁹: q̄ crediderūt ⁊ credūt ⁊ credent: ꝙ ille sit iā incarnat⁹. ¶ Si de⁹ nō sit incarnat⁹: est ad incarnandū. ⁊ cū foret icarnat⁹ in sua incarnatiōe hoīes locū non haberent ad credēdū ip̄az. q̄si cor opinio foret. ꝙ falsa esset illa incarnatio sicut illa: q̄ preterita est. quē hoīes credebāt eē veram. ⁊ ita libertatē non haberēt ad credēdū: ⁊ esset credulitas ip̄ossibilis fm magnitudineꝫ bonitatis/sapie volūtatis/veritatis/⁊ virtutis. rōne cui⁹ ip̄ossibilitatis esset incarnatio ip̄ossibilis. Est ergo de⁹ iam incarnatus. vt nō seq̄tur ip̄ossibilitas añdicta. ¶ Si de⁹ iā sit incarnat⁹: iustū ē: ꝙ reuerentia ⁊ honor fiat dño iesu xp̄o: ⁊ aplis: martyrib⁹ ⁊ ꝓfessorib⁹: q̄ autēticati sunt/ et q̄ habēt̄ ꝑ sctis. Et si deus nō sit iam incarnat⁹: xp̄s fuit in bethleē natus ⁊ in hierusalē crucifixus: hō falsus. ⁊ oēs ī ip̄z credētes sunt ꝑ ip̄m falsificati. Et sic de⁹ est ꝯ iustitiā ⁊ ꝯ modū incarnatiōis. ⁊ sequit̄ minoritas in deo mie ⁊ pietatis. q̄m oēs xp̄iani/iudei/saraceni ⁊ pagāi vadūt ad infernū. intātū ꝙ de illis de⁹ miam nō hz nec pietatē. Et sic̄ iā incarnatus vt de⁹ magnā mīaꝫ habeat ⁊ pietatē: ⁊ ꝙ scti q̄ credūt icarnationē: remūerati sint de doloꝛib⁹: quos ꝑ fidē sustinuerūt. ¶ Opz ꝙ incarnatio sit cū magnitudine finis ī duratione. sicut est cū magnitudie finis i bonitate sapiētia ptāte ⁊ volūtate. Et si de⁹ nō sit iam icarnat⁹: est finis incarnatiōis ꝯ maloꝛeꝫ magnitudinē duratiōis subiecte magnitudini bonitatis ptātis sapie ⁊ volūtatis. inquātū tp̄s qō ꝑteritū est: vsq ad tp̄s q̄ erit incarnat⁹: nō fuit subiectuꝫ magnitudini bōitatis ī duratiōe ptātis sapie ⁊ voluntatis. Deficit ꝙ duratio formis. ⁊ ecōuerso deficiūt forme durationi. qō est ip̄ossibile. Est ꝙ de⁹ iam icarnatus. cui placeat: ꝙ ip̄m deū hoīem i sua glia ꝑ suam magnaꝫ pietatem videre valeam⁹. ¶ Si de⁹ sit incarnat⁹: est oꝛdo posit⁹ inter primā intētionē ⁊ scōaꝫ. Primā intētionē nouū testm̄ vocam⁹. et scōam intentionē vetus testm̄. qō ꝯcordātiā hz cū nouo successiue ⁊ in ꝓtinua ꝙtitate tp̄is. Et si de⁹ nō sit incarnat⁹: seq̄tur ꝯtrū. ⁊ ē con cordātia ꝙtitatis ꝓtinue in p̄uatiōe. ⁊ est in ꝙtitate discreta. ⁊ hec credentia quam xp̄iani hīt: est falsuꝫ medium si de⁹ non sit iā incarnat⁹. Que siq̄dē discreta ꝙtitas ꝯrietatē edificat inter p̄mā intentionē et scōam ꝯ maiorē ꝯcordantiā: q̄ est in cōtinua quātitate ⁊ idiscreta. Est ergo de⁹ iā incarnat⁹. vt sit maioꝛ cōcordātia ꝙtitatis inter primā intentionē ⁊ secūdam.

¶ Q⁹ dn̄s iesus xp̄s sit natus.

PRobatū est: ꝙ de⁹ sit icarnat⁹. ⁊ ꝓsequētia icarnatiōis fm mediū ⁊ finē seq̄tur p̄ncipiū incarnatiōis. q̄ ꝓna est: ꝙ sit nat⁹. Q̄m si nat⁹ nō esset ⁊ esset icarnat⁹: p̄ncipiū incarnationis mediū ⁊ finis nō ꝓseq̄rētur/⁊ deficeret magnitudo ꝛitati icaruatiōis ⁊ humanitatis. q̄ defect⁹ esset mal⁹ ꝯ bonitatē/⁊ vitiū ꝯ virtutē. ⁊ sic de aliis. Est ꝙ iesus xp̄s nat⁹ hō de⁹: postꝙ hō de⁹ fuit incarnat⁹. ¶ Jesus xp̄s fuit nat⁹ nāl̄r. vt ei⁹ natiuitas eēt mod⁹ cursus nālis q̄ ad natiuitatē hois ꝑtinet. Et nat⁹ fuit ī humana spē. q⁹ fuit hō ⁊ fili⁹ dei. īquātū fuit hō: nat⁹ ē hō/⁊ in spē hoīs: ⁊ hō deificat⁹ nat⁹ ē de⁹ ī deitate. ⁊ ita nat⁹ ē de⁹ ī hūanitate ⁊ hō ī deitate. et sic oportuit eē rōe vnitatis p̄sonalis ambarū nāꝝ. vꝫ diuine nature ⁊ hūane. ¶ Natiuitas xp̄i ita oportuit eē ꝑ locū nālē ꝙtū ad nām hois: sicut

oportuit: q fuerit supra cursum nālē ḡtīs ad nāz diuinā. q̄ ꝓiecta fuit cū nā hūana supra cursuz nālē. ꝛ tō natꝰ fuit iesus xp̄s supra cursum nālē: inquātū dīa nra post ptū xp̄o ꝓmānsit. sicut pus xp̄o fuit in cō= ceptiōe. Nō sicut deitas modū cursus nā lis nō req̄rebat i accipiēdo hūanitatē: vz q̄ trānsiret p locū: ita nō req̄rebat exire de corpe xp̄is locū corrūpēdo ꝛ mediū trānsi= tus. Et talis trānsitꝰ supranālis sūtitudinē habuit cū ꝓceptiōe q̄ fuit supra cursuz nā lē: inquātū iesus xp̄s nō fuit hō hominica tus in suppōsito hūano/sz i dīno suppōsi= to. i q̄ hominicatio fuit ꝓducta ꝛ sustētata. ¶ Oz natūitatē xp̄i ꝓseruare ītētionē ma= tris sue dīne nre et amatūitatē xp̄itatis sue. vt magniꝰ bōitatis dīne sufficeret magnitudi ni volūtatis dīne nre. q̄ ītētionē habuit: q̄ xp̄o ꝓmāeret i ꝑnīo meo ꝛ fine ícarnatōis ꝛ natūitatis filij sui. q̄ sufficiētia bōitatis nō fuisset: si xp̄s de xp̄o nō nasceret. de q̄ xp̄o ne natꝰ ē: vt ꝓmaneret magniꝰ bonitatis i intētiōe xp̄itatis. ¶ Si ihs xp̄s natꝰ sit de xp̄o/ꝛ ꝓceptꝰ fuerit de xp̄o: eius xp̄itas puritas ꝛ sctitas fuerūt i maiori ꝓcordāa bōitatis magnitudis duratiōis ptātis sa piētie volūtatis gr̄ie xtutis ꝛ xitatis. Et si dīns ihs xp̄s nō sit natꝰ de xp̄o: eēt cōcor= dātia i mioritate magnitudis bōitatis et aliaꝝ. q̄ ꝓcordātia mioritatis ē ipossibilis. Est ḡ ihs xp̄s natꝰ i maiori ꝓcordātia vir ginitatis. ¶ Qꝫ ihs xp̄s fuerit mortuus.

Deitas honorauit: q̄tum potuit hūanitatē iesu xp̄i. qm̄ ipaz ma gis honorare nō potuit: q̄tū q ipaz i deitate crearet. i qua fuit ꝓiecta cū filio dei. Oportuit ḡ q hūanitas honora ret: q̄tū potuit deitatē. cū ꝑspitatibꝰ ꝛ de= litijs tpalibꝰ ipaz nō potuit honorare: qm̄ deitas non req̄rit honores ꝑspitatū neq; delitiaꝝ. sz req̄rit: q hō sit paup in h̄ mū= do/ꝛ q sustineat labores ꝛ mortē ad ho= norādū ipaz. Oportuit ḡ q xp̄s īquātum hō moreret. vt hūanitas deitatē honora= ret: ꝛ vt eēt exēplum alijs ipaz honorādi. ¶ Jesus xp̄s fuit mortuꝰ ad dāndū exēplū q; ipe erat hō mortal' ꝓpter originale pctm̄. erat tm̄ imortal': īquātū sustētatꝰ fuit i dei tate. Et mortalis fuit: vt cū sua spāli mor talitate gn̄al' mors moreret. Que siq̄dem mors ghialis devicta fuit: qz ille p quē to= tus mūdus creatꝰ fuit: sustulit passionē. vt mūdus eēt recreatꝰ. Que q̄dē spāl' passio ad auferēdū culpā ghialē sufficit. sicut suf= ficit finis ghialitati mūdi. q̄ fuit creatꝰ ad finē xp̄i ꝛ ꝓpt illū. Et i h̄ passu ꝓbatū est: q̄ mūdus recreatꝰ ē p mortē xp̄i. quā esse oportuit: vt mūdus p ipaz recreatꝰ fuisset/ ꝛ vt ad finē ꝓpt quē fuit creatus: rediret. Nō si mūdꝰ i euiternitate devitatꝰ fuisset a fine: ꝓpt quē creatꝰ fuerit: magniꝰ boni tas ꝛ cetere fose dīne fini creatiōis defice rēt. qđ ē impossibꝫ. ¶ Probatū ē: q mūdꝰ a fine devitatꝰ exīstit ꝓpt originale pctm̄. vo luit ḡ ihs xp̄s mori: vt sua mors eēt rō suo ppl'o: p q̄ mortuꝰ fuit: vt ipz diligeret: q̄ q= dē rō nō posset eē in ita magna magnitu= dine amabilitatis: sīc fuit p mortē. qm̄ pa= stor magis diligere nō ꝑt suas oues: sicut cū morīt ꝓpt bonū illaꝝ. Et qm̄ ihs xp̄s suū ppl'm dilexit i magniꝰ amatūitatis: mo ri voluit rōe magnitudis amabilitatis. Et in h̄ passu ꝑt hō cognoscere: q ihs xp̄s susti= net: q in mūdo sint saraceni ꝛ pagani. vt xp̄iani hēant magnā māz amabilitatis/ēt vt in illa vtant magna amatiuitate. ita q ipi sustineāt labores ꝛ mortē. vt infideles ad deū ꝙuertere possint/ꝛ trā sctām recu= perare. Et iō dīns papa et eiꝰ frēs dīni car= dinales malefaciūt/ ꝛ alij prelati: q̄ nō nu triūt xp̄ianos ad moriēdū p dño nro iesu xp̄o/ꝛ ad vtēdū magna amatūitate. ¶ Je= sus xp̄s ꝓncipiatꝰ fuit hō ad honorādum deū amādū ꝛ ei seruiēdū: ꝛ in medio stetit deū honorādo ꝛ amādo: inquātū fuit hō: ꝛ h̄ tātū: quātū potuit. Oportuit ḡ: q i fi= ne ꝓpleret magnū honorē ꝛ magnā ama= tiuitatē ꝛ amabilitatē. sz h̄ eē in fine non potuit: si nō moreret ad honorādū deita= tē. qm̄ finis nō eēt sīlis ꝓnīo ꝛ medio cū ma gnitudie amatūitatis ꝛ amabilitatis. quē finē oz eē: vt rīdeat nature ꝓncipij ꝛ medij ꝑm q̄titatē ꝓtinuā magnitudis hūane ama= tiuitatis ꝛ amabilitatis. Est ḡ ꝓbatū: q ihs xp̄s crucifixus fuit ꝛ mortuꝰ. ¶ Jesus xp̄s mortuꝰ fuit inquātū hō/ nō inquātuz deꝰ. Sicut sctus petrꝰ q̄ fuit mortuꝰ īquā tū corpꝰ/nō aūt inquātū aīa. Et ēt corpus xp̄i exīns i cruce mortuū fuit: inquātū aīa ipm dimisit. ꝛ nō mortuū: inquātū deitas

ab ipso nō recessit. Hec ꝓfictio diuine natureꝫ hūane dissoluta fuit. Remānsit ergo iesus viuus ꝫ mortuus sine ꝺdictiōe. qm̄ mortuꝰ fuit fm mortalitatē hūanā: viuus fuit: fm q̄ fuit deificatꝰ i vita deitatis a q̄ vita discedere nō pōt. Et idē sequit: q̄ in cruce deꝰ mortuꝰ fuit/ꝫ nō fuit mortuus sine ꝺdictiōe. mortuꝰ fuit: inquātū hō deꝰ q̄ inquātū hō fuit mortuꝰ: nō fuit mortuꝰ inquātū deꝰ hō: q̄ inquātū deꝰ nō fuit mortuus. Idcirco mors xp̄i extitit fm cursuꝫ nālem: ꝫ remānsit viuꝰ supra cursum nālē. Et ita sibīmuicem respōdēt articuli incarnatiōis natiuitatis ꝫ passionis fm naturā hūanā ꝫ supra cursum nālē illius. Et hec cōsideratio delectabilis ē ad ꝓsideradū. ¶ Q̄ iesus xp̄s descēdit ad inferos.

Anima iesu xp̄i descēdit ad iferos: vbi erāt adā ꝫ scti pres: q̄ de hac vita ꝑterierūt: qs p suā mortē redemit. ꝫ ad illos descendere voluit: vt eis maiꝰ gaudiū de eoꝝ redēptiōe exhiberet. Q̄m̄ maiꝰ gaudiuꝫ fuit p dīm q̄ per nuncium. ꝫ quia redēptio fuit magna: oportuit q̄ manifestaretur cum maiori hilaritate ꝫ cū maiori veritate. q̄ q̄dē maior ⁊itas multomeliꝰ mānifestata fuit p illū: q̄ redēptionē fecit: q̄ p aliquē aliū. ¶ In h̄ q̄ aia xp̄i ad iferos descēdit: que erat cū deitate vnita: adā ꝫ ꝓphete deum viderūt ꝫ cognouerūt in aia xp̄i: quē cognoscere nec videre poterāt p aliū: cum q̄ deitas ꝓficta non erat. Et ita ꝑtē hoīs viderūt: vꝫ aiam. ꝫ filiū dei viderūt in illa. Per quā visionē maior ꝓstātia siue certitudo de eoꝝ redēptiōe fuit mltiplicata. p pter quā maiorē certitudinē oportuit q̄ aia xp̄i ad iferos descēderet ꝫ q̄ ab illis locis sctōs auferret. Aia xp̄i ad iferos descēdit ad significādū ꝫ oñdēdū victoriā: quā xp̄s hūit i cruce. i q̄ gen̄ hūanū suo ꝓ̄pio sanguīe redemit. Et significabat q̄ i inferno afflictiōem nō hūit de penis: q̄ i iferno erāt. ꝫ hui⁹ significatio fuit signū ꝫ mānifestatio ꝓphetis ꝫ sctis: q̄ culpa pcti originalꝫ ꝓsumpta erat: postq̄ aia (q̄ erat eis sīlis) i loco vbi erāt passionē nō hūit. ¶ Et dānati maiorē penā hērēt: descēdit aia xp̄i ad iferos. q̄m̄ i illa mānifestata fuit victoꝝ: quā hūit in salnādo illos: q̄ i iesu xp̄o crederūt/remanētib⁹ i iferno ꝑpetue illis: q̄ sibi aduēti negauerāt. Quare sicut iustis fuit maior gl'ia ei⁹ repētatio: ita oportuit q̄ iniustis fuisset maior pēa. ¶ Sicut ih̄s descēderevoluit devita ad mortē in cruce: ita descēdere voluit de vta acq̄sita i cruce p mortē suā ad mortē sctōꝝ: q̄ ꝓ̄pt originale pcti in tenebris extiterūt. Et h̄ ita esse oportuit: vt ei⁹ descēsus eēt in magnī bonitatis charitatiꝫ ꝫ hūilitatis. Sꝫ h̄ eē nō potuit: si ih̄s xp̄s ad iferos nō descēdisset.

¶ Q̄ iesus xp̄s a mortuis resurrexit.

Maior finis bonitatis magnitudinis: ꝫ aliaꝝ ꝓsistit i hoīe q̄ in aliq̄ suaꝝ ꝑtiū tm̄. Idcirco oportuit: q̄ dns nr̄ ih̄s xp̄s resurrexisset: vt maior finis veniret. Q̄m̄ si non resurrexisset: oporteret q̄ in illo eēt aliq̄ culpa: q̄ maiorē finē ipediret. Que q̄dē culpa in xp̄o eē nō potuit. qr ꝓfictꝰ ꝫ psonatꝰ ē hō i deitate ꝫ in illa fustētatꝰ. ¶ Iesus xp̄s resurrexit: vt eēt hō ex aīa ꝫ corpe sicut fuit: añ q̄ moreret. Et q̄n̄ mortuꝰ fuit: hō fuit: iquātū filiꝰ dei erat hō. sꝫ nō erat hō: inquātū aīa nō erat in corpe. Et qr filiꝰ dei voluit esse hō de aīa ꝫ corpe constitutꝰ: iesus xp̄s resurrexit: vt dīna volūtas assecuta fuisset hoc q̄ volebat. q̄ assecuta nō fuisset: si iesus xp̄s nō resurrexisset de morte ad vitā. ¶ Qr ih̄s surrexit a mortuis: signuꝫ fuit: q̄ cōpleuerat i cruce victoriā ꝺ originale pcti. Et si ih̄s xp̄s nō resurrexisset: signuꝫ fuisset q̄ victoria nō erat cōpleta. Quare oportuit: q̄ dns ih̄s xp̄s a mortuis resurrexisset. nō tm̄ p aliū/sꝫ p seip̄m. q̄m̄ sicut filiꝰ dei p se icarnatꝰ fuit: ita p se aia xp̄i reduxit in suo corpe: de q̄ exiuit. ¶ Iesus xp̄s resurrexit: vt eēt exēplū ꝫ signū gn̄alis resurrectiōis hoīm: q̄ vētura ē. Idcirco posuit hoīes i maiori spe resurrectiōis p suā resurrectionē. ꝺ quā maiorē spē fuisset: si nō resurrexisset. ꝺ maiorē spē ih̄s xp̄s non potuit eē fm magnitudinē bonitatis iustitie ꝫ charitatis. ¶ Si iesus xp̄s a mortuis nō resurrexisset: fuisset suū corpꝰ i terra/ꝫ aia i celo. ꝫ suū corpꝰ ꝑuilegiū nō habuisset in magnī bonitatis gr̄ie ꝫ volūtatis supra corpa alioꝝ hoīm. Qd̄ q̄dē ꝑuilegiū necessariū est: q̄ ih̄s xp̄s habeat rōe cōiunctionis diuine nature ꝫ humane. in

qua cõiunctione est natura humana dñi nri ihesu xp̃i exaltata i maiori magnitudine bonitatis glie finis ⁊ voluntati ꝯ aliqua aliaꝝ creaturarũ. Resurrexit ergo a mortuis dñs noster iesus christus.

¶ Qꝫ iesus xp̃s ad celos ascendit.

In celo empireo sunt aie sctõrum. ibi deũ ꝓtẽplant ⁊ vidẽt facie ad facie ⁊ oculo spiali ad oculũ. ⁊ in hac vita mortali nulla aia deum ꝓtẽplari neꝙ videre põt sine medio: vꝫ sine spẽ fantastica. Est ꝫ nobilior ille locus supior ꝯ locꝰ istꝰ vite mortalis. Oportuit ꝫ ꝙ ihs xp̃s sum corpus ascẽderet ad illas summitates siue altitudines: i qbꝰ ẽ nobilior locus. Qꝫ h eẽ nõ potuit: si iesus xp̃s ad celos nõ ascẽdisset. ¶ Ascẽdit ihs xp̃s ad celos: vt gl'iam daret sctis. qm̃ ꝑ suã visionẽ maiorẽ hñt gl'iam. ⁊ si ad celos nõ ascendisset: hẽrent minorẽ. ⁊ sic dñs nr ihs xp̃s foret ꝏ maiorẽ gl'iam: ⁊ hẽret magnã concordantiã cũ minori gl'ia. qꝺ est impossi. cũ ita sit: ꝙ gl'ia ⁊ maioritas hẽant cõcordãtiã in magnitudine bonitatis ⁊ aliaꝝ. qm̃ dñs iesus ad celos ascẽdit: aias sctõrũ posuit in maiori spe resurrectõis. Qm̃ in hoc ꝙ viderũt dñꝫ iesum xp̃m ꝙ a mortuis resurrexit: meliꝰ eis reuelata fuit ⁊ significata gñalis resurrectio. per quã maiorẽ reuelationẽ ⁊ sigtionẽ sctũ maiorẽ gl'iam habuerũt ⁊ maiorẽ spẽ resurrectiõis. ¶ Dñs nr iesus xp̃s genꝰ hũanũ recreauit/ ⁊ traxit aias sctõꝝ de inferno: qꝫ iuerũt in paradisum. Cũ ita sit: ꝙ paradisus sit locꝰ: vbi attigit finis: ꝓpꝫ quẽ mũdus fuit creatꝰ. Idcirco ista vita in qꝫ suꝰ: ẽ in ꝑn⁹ ⁊ i medio. ⁊ alia vita ẽ in fine. Qm̃ si aie sctõrum irẽt ad paradisum: dñi oportuit ꝙ aia iesu xp̃i iuisset/ ⁊ suũ corpꝰ ascẽdisset. cũ ita sit: ꝙ ipe sit finis ⁊ ꝙplementũ restauratiõis illarũ aiaꝝ. ¶ Dñs iesus nobilior est rõe diuine nature ꝯ rõne hũane. ⁊ ideo si ad celos non ascẽdisset: diuina nã iniuriata fuisset in hũana. Et idẽ est de aia ⁊ corpe. cũ ita sit ꝙ aia sit nobilior ꝯ corpus. Sicut si olea qꝫ inserta est i oleastro: mitteret suã naturam inferius / ⁊ nã oleastri supra ascenderet: ita ꝙ olivas faceret in specie olee. qꝫ sicꝺez olive essent de spẽ oleastri et nõ de olea. Jesus xp̃s ergo ascẽdit ad celos: vt in ipo inconuenietia antedicta non fuissent. ¶ Deus est bonꝰ: ⁊ sua bonitas est ei ratio: ꝙ agat bonũ. ⁊ deꝰ est magnꝰ: est ergo sua bonitas ratio deo: ꝙ agat magnũ bonũ. sua bonitas ꝫ nõ est ei ratio: ꝙ agat parũ bonum ⁊ non magnũ. postꝯ est magna deitas: bñfacere nõ potuit humanitati: quã assumpsit: si ipam in locis in qbus nõ attingunt magna: sed quaⁱte nuisset. Ascẽdit ꝫ ipsa gl'iosa hũanitas iesu xp̃i ad loca: vbi magna bõa attigunt.

¶ Qꝫ iesus xp̃s sit iudex i die iudicij.

Oportet ꝙ dies iudicij sit de hoibus bonis ⁊ malis: vt seqt̃ finis entiũ: qꝫ creata sunt. Qꝺ sicꝺẽ iudiciũ itelligi ꝛvideri ⁊ audiri. qm̃ sine intelligere videre ⁊ audire nõ eẽt finis i magnitudine bonitatis ☧itatis ⁊ aliaꝝ. ꝛz ꝫ ꝙ iudex sit deꝰ ⁊ hõ. Opꝛ ꝙ sit deꝰ: vt iudiciũ intelligat in magniᵉ ☧itatis. ꝛz ꝙ sit hõ: vt iudex videat/ ⁊ ꝙ eiꝰ iudiciũ audiatur. Idcirco ꝛz ꝙ gẽtes ꝓgregent̃ in vno loco: vt iudicẽ videre possint ⁊ audire. sed hoc esse non posset: si iesus xp̃s non eẽt iudex. Judicabit ergo dñs iesus bonos et malos in die iudicij. ¶ Oportet ꝙ iudiciũ sit in quãtitate continua principij medij ⁊ finis. Et quia quantitas in diuersis remanet quãtitatibꝰ distinctis sustentata per differẽtiã: qꝫ est inter principiũ medium et finem: ꝛz eẽ iudiciũ: ꝑm ꝙ pertinet ad ꝑnm medium ⁊ finẽ. Qm̃ si dñs nr ihs xp̃s sit iudex: est eiꝰ iudiciũ de ꝑncipijs. vicꝫ de hoc qꝺ spectat ad honorãdũ deitatẽ ⁊ humanitatẽ cum illa coniunctaꝝ. Et idem ẽ de medio. cũ ita sit: ꝙ iesus xp̃s in quantũ hõ est mediũ inter deũ ⁊ suũ ꝓpm. Et idẽ ẽ de fine. cũ ita sit: ꝙ oĩa entia creata sint ad honorãdum deũ ⁊ humanitatem xp̃i. Erit ergo iesus xp̃s iudex in die iudicij.

¶ Dñs iesus xp̃s erit iudex: vt sit maior gloria bonoꝝ/ ⁊ maior pena malorꝝ. Quoniam magna gloria est bonis: ꝙ ipi videant: ꝙ ille qui erit eis similis: dabit iudicium et vocabit ipsos ad gloriam perpetuam. Et magna pena erit malis: qui videbunt ita magnaꝝ potestatez hominis: que ipsos iudicabit ad penam perpetuam. et quia iudicium oportet esse in magnitudine veritatis: maior erit: inquantũ

dabit maiorē glām bonis/ et maiorē pe-
nam malis. Opz ergo q dñs ihesus xp̄s sit
iudex. Unus idem calor magn⁹ est in vno
subiecto/ t parvus i alio. sicut calor ignis
q est magn⁹ in pipere/ t parvus in aniso.
magnus est i pipere: qz recipe pōt magnū
calorē. parvus ē i aniso: qm̄ nō est de suis
ꝯditiōib⁹: q possit eē subiectū magno ca-
lori. Modo sīl erit de maiori iudicio. qō
erit i fine mūdi. Qō siqde iudiciū nō pos-
set esse magnū: si nō eēt aliqō magnū sub-
iectū. in q sustētatū eēt. Magnū subiectū
nō posset esse: si ille qui dabit iudiciū: non
esset prim⁹ iudex t maior: q possit esse. vi-
ctum deus nō sit corpus: si ipse iudiciū da-
ret per vocē/ t vox de ipso non esset/ et vox
non esset pars illius: ille qui loqueretur.
nō esset iudex prim⁹: imo esset meditū. t sic
iudiciū non posset esse magnū: qm̄ subie-
ctū non hēret: in quo posset esse magnuz.
Oportet ergo q ille iudex q iudicabit bo
nos et malos: sit ille idē qui loquetur: in-
quātum dabit iudiciū. sed hoc eē nō pos-
set: si de⁹ non esset homo. Jesus xp̄s ergo
iudicabit. qui inquantū hō erit ille idē: q
loquetur. t inquātū deus erit primus iu-
dex. t sic iudiciū erit magnum. ¶ De ma
gnitudine iudicij est: q ille qui iudicat: sit
finis iudicij. t q ille q iudicat⁹ ē: se habe-
at ad illū finem ſm magnitudinem boni-
tatis t cōcordantie iudicis t iudicati. Et
idem sequitur ſm magnitudinē malitie t
contrarietatis illorū: qui deliquerūt con-
tra iudicē. Oportet ergo q dñs noster ie-
sus xp̄s sit iudex. cum ipse sit finis: inquā-
tū deus t homo oīm entiū creatorum. ad
quē finem se habēt iusti cū magnitudine
bonitatis et concordantie/ t mali qui ip̄z
ostendunt: cū magnē malitie t ꝯrietatis.

¶ De fructu arboris apostolicalis.

FRuctus arboris apostolica-
lis est ille: in quo colliguntur
omnes fructus aliarū arbor.
de quib⁹ dictū est. Qm̄ oīa
quotquot sunt in hac vita pre
senti ſm diuinam ordinationem: quā de
us posuit in creaturis istius vite: in qua
sumus: se ita dirigunt ad arborem aposto
licalem et generalem sicut plures linee ad
vnū pūctū ex illis pstitutum et cētrum: in
quo sibi⁹ nuicē obuiāt t sibi hsit cōpleme-
tū. sicut plures ptes in suo toto. ¶ Fru-
ctus aplicalis est salua° gentiū t ordinatū
ministeriū. vt de⁹ recolat̄ itelligat̄ t ame
tur. honorēt̄ t ei seruiat̄ plusq̄ alicui alij.
Et iste fruct⁹ aplicat̄ē ita nobil' t de ita
nobilib⁹ cōditionib⁹: q reqritvnā psonā
cōem: q sit ei⁹ cultor/ t habeat dñiuz sup
oēs hoīes. Inter quē cultorē t fructū opz
eē ita magnā cōcordātiā i magni° bōita-
tis: sctitatis: virtutis: t vitatis: q maior
eē nō possit. vt maioritas nō deficiat ma-
gne pcordātie/ t q pcordātia nō sit i mio
ritate magnitudinis: bōitat̄: sctitat̄: vir-
tutis: t vitatis. q si eēt: iniuriati essent
oēs fruct⁹ aliaꝝ arborū i miori pcordan-
tia. q̄ iniuria eēt p magnitudinē bōitat̄ t̄.
¶ Fruct⁹ arboris elat̄is ē res elat̄a. sicut
petra: pomū: equ⁹: piscis: grus: hō: aurū:
ferrū: t sal. t sic de alijs metallis. Et oēs
isti subiiciūt̄ fructui aplicati ita: q oīa elā
ordināt̄ p rectā lineā res elat̄as: q̄ seruiūt
dño aplico: q p illas tractare possit salua
tionē gētiū/ t ad euitādū dānatiōez illaꝝ
t ad faciēdū deo honorē. Per petrā intel
ligim⁹ edificia cameraꝝ turris castri t ci
uitatis. p equū instrumētū: vt milites sint
brachia ecclie sctē. p gruē oīa volatilia ad
vsum dñi pape subimissa. t idē de piscib⁹.
etiā de auro t ferro. p q̄ō intelligūtur ar-
tes mechanice. t p sal saporem cibarioꝝ.
Et idē intelligit̄ i fructu arboris vegetal'
t sensualis. sicut pomū: q̄ō ē necessariū ad
hūdū saporē. vt appetibile sit ad comedē
dū. ex quo vita sequi possit t sensatū. q̄ ē
fruct⁹. p quē possint esse scīe mechanice t
liberales. Et idē est de imagīabili hūana
li t de morali arboribus. vt cū virtutib⁹ col
ligat̄ fruct⁹ in fructu aplicali t etiā ipali
vt impator pacē tenere possit in mūdo et
destruere infideles rebelles mādatis sctī
pūis aplici. vt fruct⁹ colligat̄ sub sua ad-
ministratiōe. Etiā q̄nta essentia ē ei⁹ fru-
ct⁹. vt sit fruct⁹ aplicat̄. Quis q cogitare
posset vl scribere nobilitatē fruct⁹ arbor
aplicat̄? Jdcirco oz: q hmōi fruct⁹ nobi-
lē habeat pastorē. Quare q̄n cardinales
papā eligūt: p suo posse deberēt ꝓportio
nare cultorē fructui. t papa elect⁹ in illa
ꝓportione seipsum conseruare.

Arbor celestialis. Fo.lxxxv.

¶ De arbore celestiali. Summarium.

ARbor celestial' assr dicit i septē ptes. vz in radices/truncū/brā-chas/rāos/fo⁹/flores/ꝛ fruct⁹.
¶ Radices sunt principia/generalia ex-cepta contrarietate.
¶ Truncus sunt celi.
¶ Branche sunt duodecim signa.
¶ Rami sunt planete.
¶ Folia sunt accidentia celestia.
¶ Flores sunt actus celestes.
¶ Fructus sunt res create inferiores.



Arbor celestialis.

¶ De arbore celestiali.

Hec arbor celestialis dicit̃ i septẽ ptes.vz radices/trũcũ/ branchas/ramos/folia/flores/t fructus.

¶ De radicibus arboris celestialis.

Quam deus creauit mũdũ:creauit vnã bonitatẽ gñalẽ de nã corpali.t idẽ est de magnit̃/ duratiõe/ ptãte/ vno ictu/t vno appetitu:t sic de alijs pncipijs pmis t gñalib9 : q̃ sunt de corpali nã. Et q̃dlibet pn̄ diuisit i duas ptes.vna ps ẽ de q̃nta eẽntia.alia ẽ de gt tuor subijs mũdi.ex qb9 arbor el'alis cõstit. Et sic vna bõitas gñalis diuisa est in plures bõitates.vna bonitas est de q̃nta essentia.t alia est de essentijs inferioꝛib9. Et hec talis corpalitas ita gñalis fuit:vt bonitas superioꝛ t bõitas iferioꝛ haberẽt nãliter maioꝛẽ pcordãtiã.Et idẽ ẽ de magnitudine t magnitudine t ceteris formis primarijs/p̃rietate excepta.qm̃ p̃rietas gñalis posita nõ fuit i pncipijs superioꝛib9:vt nõ essent p̃ria inuicẽ q̃dã cũ alijs: nec ꝙ in ipsis esset gñatio nec corruptio nec ꝙuatio formaꝝ antiquarũ t renouatio formaꝝ nouaꝝ.Et iõ ꝓtrarietas generalis est sustẽrata in istis quattuoꝛ substãtijs mundi.q̃ sunt brãche arboris el'alis. rõne cui9.s.p̃rietatis el'a sunt p̃ria inuicẽ q̃dã cũ alijs.vt sit generatio t renouatio nouaꝝ formaꝝ.t hoc fm ꝙ i illa dictũ ẽ. Sunt g radices arboꝛis celestialis bonitas/magnitudo/duratio/potestas/instinctus nãlis/t appetit9/Vt9/Vitas/delectatio/differẽtia/pcordãtia/pncipiũ/mediũ/finis/maioꝛitas/equalitas/t minoꝛitas.

¶ Per bonitatẽ arboꝛ celestialis ẽ bõa: t p bonitatẽ hz rõnẽ ad bonũ motũ/t hz operationẽ bonã influẽtiã impressionẽ t restaurationẽ.Et per magnitudinẽ ẽ magna in extẽsitate t corpoꝛalitate.t p duratiõnẽ durabilis est.t p potestatem potẽs. t per sapientiã sue ptes instinct9 hñt naturales ad finem:ppter quẽ sunt.t p appetitũ illos fines desideraꝛant.t p virtutes ipsos perficiũt t attingũt cũ iuuamine motus.qui est instrumentũ ad illã attinctionẽ.t p Vitatẽ sunt sue influẽtie vere nãr. t p delectationẽ delectãtur supioꝛes formeꝝ ad dandũ similitudines suas istis formis inferioꝛib9.t per dfiaz sunt differẽtes radices/t q̃dã radices q̃sdã facilit optiões t influẽtias:t alie radices alias hñt opatiões.t p pcordãtiã ẽ pcordãtia iter radices.t per pncipiũ sunt radices pme cause istis inferioꝛibus.t p mediũ hñt mediũ i seipsis.sicut in bonitate solis:in q̃ est bonificare mediũ inter bonificatiuũ t bõibile.t sol q̃ est mediũ inter saturnũ t lunã.Et p finẽ cãe supioꝛes se hñt ad obim q̃ ẽ fin corpalitatẽ gñationẽ t corruptionẽ istaꝝ reꝝ inferioꝝ. q̃ necessarie sunt ad vitã hois t sciaz ipsi9 t ad cognoscẽdum deũ recolẽdũ honoraãdũ t ei seruiẽdũ. Et p maioꝛitatẽ sunt q̃dã radices pncipia maioꝛa i q̃busdã regionib9 q̃ in alijs/t in q̃busdã el'atis q̃ i alijs.sicut saturn9: q̃ maioꝛẽ hꝫ virtutez in autumno q̃ i vere. Et per equalitatem principia superioꝛa sunt equalia simpliciter in bonitate duratione ptãtet ceteris.Et per minoꝛitatem est influentia aliquoꝛuz minoꝛ q̃ alia/alicuius q̃ alterius.sicut i anglia:in quo sol non hꝫ ita magnamvirtutem in luna sicut in india . Est ergo quelibet formaꝝ q̃ sunt superius:ratio fm suũ ꝓpriuz esse ad causas inferioꝛes/t fm q̃ cause supius miscentur adinuicẽ:miscetur influẽtia earum t illarũ virt9 in istis causis inferioꝛibus motis.

GLoriatio que est de bonificare i euiternare erit in sanctis sub ratione bontatis/ existente bonitate ratione bonificare/et gloria gloriari illud bonificare:ita videlicet q̄ bonificatiuum bonificabile et bonificare erūt plena gloriari/ꝛ essentia bonitatis similiter. cum ita sit:q̄ eius complemētum sunt bonificatiuum bonificabile ꝛ bonificare:q̄ complementum habebit in euiternare. ¶ Gloriari quod est de bonificare: iuuabit magnificare:vt sit magnum. quod siq̄dem magnificare erit extensum per totuꝫ bonificatiuum bonificabile ꝛ bonificare, quod siquidē magnificare non posset esse extensum sine extensiōe gloriari ꝛ euiternare.quoniaꝫ si deficeret euiternare ꝛ gloriari:in illo esset minorificare/ꝛ non posset esse magnificare quod cum maiorificare habet concordantiam. ¶ Gloriari q̄ est de bonificare:iuuat durare:quod se extendit in bonificatiuuꝫ bonificabile ꝛ bonificare cum gloriari.vt sint in euiternitate.q̄m inquātum bonificatiuum durat: oportet q̄ durent bonificabile ꝛ bonificare.ꝛ econuerso. Et per hanc durationem gloriari durat.quoniaꝫ magna gloria est bonificatiui:q̄ i euiternare ꝛ gloriari habere possit suum bonificabile/ꝛ bonificare.ꝛ idem est de magnitudine glorie i bonificabile ꝛ bōificare. ¶ Gloriari q̄ est de bonificare:iuuat possificare inquantū bonificatiuuꝫ potest esse bonificans.ꝛ bonificabilis potest esse in euiternare. ꝛ idē est de bonificare: quod potest esse in euiternare.ꝛ ex ambobus posse potest eē bonificare. ꝛ ex bonificare ꝛ possificare que sunt in euiternare:sequitur eternum gloriari.idcirco remanēt in euiternitate productum bonificatum bonificabile gloriatum ꝛ gloriabile.Et iste passus est placēs ad cōsiderādū. ¶ Intelligere iuuat gloriari:quod est de bōificare. q̄m intellect⁹ sc̄i intelliget in sua bonitate euiternaliter gloriatum/ bonificantem bonificabilem ꝛ bonificare.de quo intelligere sequetur gloriari in suo ītelligere. Et ex gloriari quod erit i intelligere euiternaliter accipietur lumen ex bonificare intellectum in gloriari ꝛ in euiternare. Et iste passus subtilis est ad intelligendum. ¶ Amare iuuabit gloriari:quod est de bonificare. quoniā voluntas beati volet:q̄ in sua bonitate sint euiternaliter bonificās bonificabile ꝛ bonificare.et ita erit sicut volet. Et q: in bonitate sequet hoc q̄ voluntas volet:sequetur in suo amare gloriari. de quo gloriari erit intellectui lumen in bonificare. Et sic erunt duo lumina euiternaliter in gloriari vno lumine ab alio lumine accepto.Et iste passus est valde pla-

cens ad considerandū. ¶ Virtuificare iuuabit gloriari: qđ est de bonificare: qñ virtus bonitatis euiternaliter stabit in eēntialibus ꝓcretis bonitatis. vnde sequetur in bonificare euiternum gloriari. qñ magna glia bonitatis erit: ꝙ euiternal'r habeat in se virtuosum bonificās: virtuosuz bonificabile: ⁊ ꝟtuosuz bonificare. ¶ Verificare iuuabit gloriari: qđ erit de bonificare. qñ veritas dei ponet i vero euiternaliter bonificans bonificabilē ⁊ bonificare bonitatis. Et ex hoc sequet gloriari i bonificare. qñ magna gloria erit bonitati: ꝙ euiternaliter ⁊ ꝟe sint sua ꝓcreta in verificare bonificantis bonificabilis ⁊ bonificare. ¶ Scđm ꝙ ostēsum est: quomodo flozē bonitatis iuuant alij flozes: data est doctrina: quomodo vn⁹ flos iuuat ad habendū gloriari in euiternarē. sicut gl'iari qđ erit de magnificare: cui iuuat flos bonitatis: inquantū ip̄m bonū facit. ⁊ idem est de duratione: inquātum ip̄m durare facit. ⁊ sic de potestate: inquātū pōt ꝙ ipsam potestatem. Et sicut de bonitate exempla posuim⁹: sic de alijs exēpla poni possunt. ¶ In arboze euiternali sunt flozes: q̄ sūt cōtrarij illis flozib⁹: de quibus dictuz est. Qui siquidem, flozes ꝓtrarij sunt euiternalia tormenta in damnatis sustētata. scilicet tormentare reale: bonitatis: magnitudinis: potestatis: intellect⁹: volūtatis: virtutis: ⁊ ꝟitatis. que sunt reales partes et naturales substantie dānati. Et isti flozes inuicem tormētare iuuant: vt tormentum sit magnum.

¶ De tormēto qđ est ipsius amare.

TOrmentum qđ est de amare: iuuabit malificare. vt amare sit malum intātū ꝙ malitia se extendet in amatiuū amabile ⁊ amare volūtatis. vt amatiuus amabilis ⁊ amare sint mali. Malus erit amatiuus: inquantum malum amabit. et amabit hoc quod habere nō potest. ⁊ odiet hoc qđ euiternaliter habebit. Et suum amabile erit malus. quoniā amabile qđ amabit de sui natura erit odibile. Idcirco amare erit malū ꝓductum ex amante et amabili in euiternare et tormentare. quoniam magnum tormentum erit de amante amabili ⁊ amare euiternaliter existentibus in malificare. ¶ Magnitudo iuuabit tormentare. quod erit de amare. quoniam amatiuum erit magnum in amare iniurioſa et magna/et in odiendo magna digna ad amādum. Idcirco magnum erit tormentum ipsius amare in euiternare: in quo odiet deum. qui est obiectum magis amabile/ et maius in amabilitate bonitatis: eternitatis: infinitatis: potestatis: sapientie: voluntatis: glorie: et veritatis. ¶ Durare iuuabit tormentuz: qđ erit de amare. inquātum ipsum existere facit in euiternare cōtra amatiuū ⁊ amabile. que ex illo amare tormentare habebūt in euiternare extensum ex ambobus. Et iste passus grauis est ad cogitandum. verūtamē ſpiritualē sanitatem habere possunt peccatores: si bene ipsum passum considerare volūt. ¶ Potestas iuuabit tormētare: qđ erit de amare: inquātum existere poterit in euiternare ꝓtra amatiuū amabile ⁊ odibile. ⁊ amatiuū amabile ⁊ odibile existere possunt cōtra amare/⁊ amatiuū contra amabile/et amabile cōtra ip̄m. ⁊ idē est de odibili. Et hec cōtrarietas stare poterit ꝙ potestatē. vt amare possit esse in magno tormētare. ¶ Intellectus dānati iuuabit tormentare: qđ erit de amare. qñ intellectus intelliget: quod voluntas euiternaliter voluerit: qđ non habebit. ⁊ hoc qđ odiet habebit. qđ intelligere qđ intellect⁹ euiternaliter habebit: volūtas euiternaliter odiet ⁊ blasphemabit. Erit ꝫ amare tormētatum ꝙ hoc qđ intellectus intelliget. Qñ si intellectus euiternaliter tormentū voluntatis non intelligeret: voluntas in suo amare habere posset aliquā quietē / ⁊ aliquaz ſpē de hoc: quod desideraret. Sed quietē nec spem habere potest: postꝙ intellectus vere intelligit ⁊ euiternaliter tormentum ipsius amare: de quo tormentatur voluntas ita fortiter: ꝙ non est aliquis in hac vita: qui cogitare posset narrare vel scribere. nec etiaz omnes homines qui viuunt: inuicē cogitare possent/posito ꝙ ex omnibus multiplicaretur vna cogitatio: q̄ illō tormentū cogitaret. Quoniam huiusmodi cogitatio stare non posset in euiternare: in quo erit illud tormentum: quod erit

de amare hominis peccatoris dānati. Et iste passus ducit tristitiā hominibus peccatoribus: si bene cogitare vellent. ¶ Virtus iuuabit torquētare: quod erit de amare: inquātum erit ratio vitio: qđ est suum contrarium. sicut gustare hominis infirmi: quod est contra saporem pomi: quod ipse infirmus comedit/in quo amaritudinem inuenit contra dulcem saporem: qui est in pomo. Erit ergo virtus realis occasio vitij moralis. que siquidem occasio torquentabit amare euiternaliter existēte virtute occasio vitio ī amāte amabili ꝛ amare. per quā occasionem iustitia dei torquētabit voluntatem peccatoris: ꝙ contra virtutem suum habebit amare et suus amās ꝛ suū amabile. ¶ Realis veritas peccatoris iuuabit torquentare: quod erit in amare. qñ vere ostendet intellectui delictum voluntatis. vnde nasceť cōsciētia: de qua erit odire extensum. qñ voluntas odiet illam conscientiam: quā monstrabit veritas intellectui. quā deamabit: quia ei dabit torquentum. Et appetitus habebit ad ignorandus illam conscientiā/ꝛ ad intelligendum cōtrarium illius: qđ veritas ei monstrabit: ꝙ esse nō potest. Idcirco torquentabitur in euiternitate. Et si ignorare posset cōsciētiā: aliqđ refrigerū/tunc haberet in suo intelligere. in quo similiter illud haberet amare voluntatis: ꝙ erit in torquēto. quia intellectus ignorare nō potest manifestationem: quā dabit voluntas de consciētia. Erit ergo torquentatum amare in verificare ꝛ in intelligere. que si quidem verificare ꝛ intelligere deamabit voluntas. vnde inclinabit veritatem realem ad habēdum appetitum ad falsificādum contra suum verificare. sicut intellectus qui appetitū habebit ad ignorandū cōtra suū intelligere. Et in h̄ passu cognoscitur: quomō quedā forme torquentabūt alias cū eorum actibus floribus appellatis torquentorū euiternorū. que homines peccatores valde timerent: si ipsa considerarent ꝑm doctrinam: quam de ipsis dedimus in hac arbore.

¶ De fructu arboris euiternalis.

HFructꝰ arboris euiternalis sunt cōplementa finiū partiū realiū: ex quibus sunt substātie sanctor. Sicut est fructus bonitatis ꝛ fructꝰ magnitudinis: durationis: potestatis: sapiētie: voluntatis: glorie: ꝛ veritatis. Et fructus dānatorum sunt priuationes fructuū saluatoruz. sicut priuatio finis bonitatis/ ꝛ finis magnitudinis/ꝛ finis durationis. ꝛ sic de aliis priuatiōibꝰ. Et oēs isti fructꝰ/ꝛ fructus saluatorū sunt euiterni. ita in euiternitate constituti. sicut fructus arboruz: qui in estate colliguñ. Et isti fructꝰ euiterni: ita sunt in hac vita seminati. sicut fructus plantarū qui in hyeme seminantur. vt in estate ex eis alius fructus colligatur ꝛ multiplicetur. que collectio ꝛ multiplicatio significant collectionē ꝛ multiplicationem fructuum euiternorum.

¶ De fructu bonitatis.

HFructꝰ bonitatis consistit in cōplemento bonificatiui bonificabilis ꝛ bonificare. qđ siquidē cōplementum esse non posset/sine euiternitate. quoniam si actus bonitatis in priuationem deueniret: non posset esse complementum bonificatiui bonificabilis et bonificare. est ergo collectus fructus i euiternitate: in quo non sit cessatio: nec ociositas bonificatiui bonificabilis et bonificare. ¶ Fructꝰ magnitudinis est complementum magnificatiui magnificabilis et magnificare. videlicet vt magnificatiuus semper sit magnum in magnificando magna. Et idez de magnificabili magnificato in magno magnificare. quod siquidez magnificare sit ita magnum: ꝙ in se non contineat aliquā vmbrā paruitatis. ꝙ si contineret: non posset esse complementū magnificatiui magnificabilis ꝛ magnificare. Oportet ergo: ꝙ sit complementum eorum in euiternitate/ꝛ ꝙ in illa colligatur. intantum ꝙ nullo tempore in magnificare sit vmbra minorificandi nec paruitatis. ¶ Fructus durationis non potest esse collectus in priuatione suiipsius: nec sui durificatiui durificabilis/ nec sui durificare. oportet ergo ꝙ colligať in fine omnium triuum suorū concretorum ꝛ suimet: hec collectio eē nō pōt de duratiōe partiali substantie gl̄iate nisi in euiternitate: in qua finis substātie glorificate colligatur

et sustineatur.sicut color in substãtia/ꝛ ca lor in igne/ꝛ lux in sole. ¶ Fructus potestatis est ꝙ euiternaliter habere possit in seipsa realia concreta/ et ꝙ ipsa sit ratio: ꝙ bonitas possit esse/ et magnitudo simiter.et sic de alijs partib⁹ substantie glorificate.Etiam ꝙ per ipsam quelibet primarum partium in seipsa habere possit essentialia cõcreta.sicut bonitas: que per rationem potestatis habere potest in seipsa essentialia bonificatiuum bonificabile et bonificare. Colligitur ergo fruct⁹ potestatis in euiternitate.extra quam colligi non posset.quoniam extra euiternitatem nullus finis creatus posset habere cõplementũ.cum ita sit:ꝙ omnis finis creatus:qui non colligitur in euiternitate:deueniat in defectu . sicut finis equi: gruis: piscis:pomerij:ꝛ auri:que in euiternitate transitum non habent.cum ita sit:ꝙ omnes in corruptionem deueniant/ꝛ non in resuscitationem. ¶ Finis sapiẽtie in euiternitate colligitur:i qua colligitur ꝛ euiternaliter colligetur.sicut fructus sapientie:qui consistit in intelligere intellecto ꝛ intelligibile:inquãtũ intelligitur ꝛ colligitur . Et inquantum est intelligibilitas dei in euiternitate:colligetur fruct⁹ in euiternitate:in qua intellectiuus creatus euiternaliter deum intelliget facie ad faciem. vt iam dictũ est in arbore angelicali.Et ille qui fructũ colliget:erit intellectiuus.et ipsum colliget in suo proprio intelligere. Et sic colligetur fructus in omnibus tribus.et remanebit ad colligendum in obiecto.et sic erit complementum in intellectu sine aliquo defectu sine ociositate ꝛ cessatione. ¶ Fructus voluntatis colligetur in euiternitate:in qua euiternaliter colligetur. Idcirco suum colligere duas conditiones requirit. vna est:ꝙ colligetur cõplete sine aliquo defectu/ ꝛ ꝙ amatiuum colligat in seipso et in suo proprio amabili ꝛ amare.Alia conditio est:ꝙ fructus euiternaliter sit ad colligendum. vt amatiuũ colligere nõ cesset.ꝙ si cessaret i colligẽdo:cessaret amare/et fruct⁹ cẽt collect⁹ et nõ colligẽdus/et eẽt possessus i ociositate sine amare.Et sic nõ eẽt collect⁹ i maioritate finis amatiui amabilis et amare. Oportet ꝫ ꝙ remaneat ad colligẽdũ. Et iste due conditiones quas diximus significant conditiões euiternitatis/ꝛ gloriaꝫ sanctorum:quam habebunt in colligendo obiectum in amando ipm.quod siquidem obiectũ ẽ deus benedictus:q̃ amabilis remanet amatiuo creato i euiternitate ita cõplete:sicut i illa remanet amat⁹. Et nobilitas quã hꝫ iste fruct⁹ ita collectus et colligẽdus:nõ posset ab aliquo viuente cogitari. ¶ Fructus virtutis i suo merito colligetur/ꝛ cum euiternitate colligetur . sicut amatiuus qui euiternaliter erit virtuosus in amando virtuosum amatum ꝛ amabileꝫ:ex quibus exibit virtuosum amare in euiternare sine cessare. Huiusmodi fructum ita colligendum et collectum est bonum desiderare/ ꝛ omnes fructus corporales huius vite parum appreciare.qui colligi non possunt cum nimio potare et comedere/ nec in viuendo cum delectationib⁹ꝛ honorib⁹. ¶ Veritas suum fructuꝫ colliget in suo fine cum euiternare/veritate creata attingente veritatẽ increatam in generando ꝛ spirando.vt dictum est in arbore apostolicali /et dicẽdũ est in arbore diuinali.Et sic colligetur fructus verificare in verificare ꝛ veritatis in veritate.Et ipsum colliget verificatiuum ex verificante ꝛ verificabile ex verificabili. Quare fructus colligetur in ita magna veritate/ꝛ de ita magna veritate:ꝙ illi collectiõi necessaria erit euiternitas.sine qua non posset esse magna collectio/ꝛ maturatio fructus/ꝛ separatio falsitatis. ¶ Materialiter i flamma ignis vnum lumen colligitur ex alio lumine.sicut vnus cereus incensus ex alio cereo incenso:ꝛ colligitur in luce/calore/ et in conditionibus luminis.de quo colligitur ꝛ incenditur.Et hec materialis collectio est figura ꝛ significatio collectioni fructus glorioſi:qui in euiternitate colligetur.sicut lumẽ ex lumĩe/etiã in nobiliori conditione/ꝛ tanto nobiliori:q̃to fructus spiritualis est nobilior lumine materiali.Erit ergo finis glorioſi sancti collectus ex gloria i gloria euiternaliter ꝛ gloriose ꝛ sine aliquo tormẽto ꝛ cũ ꝯditiõib⁹ que spectãt ad valde completam gloriaꝫ.

Arbor euiternalis.

¶ Scdm modū quē dedimus de fructibus: quos colligent euiternaliter beati haberi potest cognitio de modo: fm quē euiternaliter dānati colligent. Veruntamen quia bonū est considerare sepius penas infernales euiternales: breuiter significare volumus collectiones euiternorum tormentorū. ¶ De fructu malitie.

Fructus malitie est priuatio bonitatis: sicut in voluntate dānati: in qua bonitas realis ⁊ naturalis est vna de suis partibus. rōne cuius naturaliter amatiuū amabile ⁊ amare q̄ sunt essentialia concreta volūtatis: requirunt esse bona. quoniā ad bonum finem creata fuerunt. Idcirco habent in natura fm creationem: q̄ sint bona. Sed quia bonitas suū finem pdidit: cōcreta volūtatis ⁊ bonitat̄ artificialis remanēt vacua. ad quē quidē finē se habēt euiternaliter/ ⁊ nullo tempore ipm attingent. quoniam ad illū finē se habebunt cū malitia artificiali. ⁊ hoc ita simpliciter: q̄ i malitia artificiali nō est aliquid de bonitate arficiali. imo sunt ita cōtrarie: ⁊ multomagis q̄ bonitas naturalis ⁊ malitia artificialis. sicut calor ⁊ frigiditas /albedo ⁊ nigredo. Idcirco bonitas naturalis tota erit plēa malitia artificiali in pena euiterna. quā q̄dē penam euiternā colligent amatiuū amabile. q̄ sunt cōcreta voluntatis. Et q̄ colligētur in euiternitate: tormēta cuiuslibet remanebunt ad colligendū in euiternare cum amarent odire. ¶ Scdm tormētum collectionis fructus spūalis significatur collectio fructus corporalis in tormēto euiterno. sicut corpus dānati i igne tormentatū: ita q̄ ignis ignē tormentabit/ ⁊ aqua aquam/ ⁊ aer aerē/ ⁊ terra terram. et ignis tormentabit aerē/aquam /et terrā. et ecōuerso. ita q̄ tormentū nullo tēpore finē habebit mediū nec principiū. q̄ tormentū erit euiternaliter. Erit ergo ignis partialis: qui erit pars corporis tormentati per ignem exteriorem. sicut ignis partialis ferri in fornace: qui per ignem fornacis multiplicatus ē in calore. Erit ergo ignis intra dānatum partialis ꝑ generalem ignem: qui erit extra tormentatus. ⁊ idem erit de alijs partibus partialibus. q̄ omnes erunt in cōtrarietate ⁊ vacue concordantia ⁊ fine illarū. Et hoc erit mirabile: q̄ ignis erit cōtra ignem: ⁊ vniuersale contra particulare suū. De hac pena ita magna plus narrare nolo. qm̄ modicum est illud: qđ dicere possem fm respectum magnitudinis pene: que est i euiternare. que colligetur i corpore materialiter/ ⁊ in anima spiritualiter/ ⁊ q̄ colligetur in anima per corpus: inquātū corpus qđ plenū finibus ad aiam venit rōne glorificationis: ad animā venit vacuū finibus cum tormētis. Et in hoc passu cognoscitur ignis materialis: per quē anima habet tormentū: in corpore cum illa contuncto.

De arbore materna

li. Summarium.

Arbor maternalis versatur circa dominam nostram virginem mariam. Et diuiditur vt alie arbores in septem partes. s. in radices/ truncū/ brāchas/ ramos/ folia/ flores/ ⁊ fruct⁹.
¶ Radices sunt fines hoīm recreatorū.
¶ Truncus est habitus pluriū tactuum.
¶ Branche sunt due: scz natura diuina/ et natura humana.
¶ Rami sunt spes pietas aduocatio ⁊c.
¶ Folia sunt nouē accidētia generalia.
¶ Flores sunt actus dignitatum domine nostre.
¶ Fructus est dominus iesus christus.



¶ De arbore materuali.

Hanc arborem attribuim⁹ dñe nře sctē marie mater iustor ⁊ pctōr. idcirco eā appellamus arborē maternalē. Et ipsam diuidimus in septē partes sicut alias arbores.

¶ De radicibus arboris maternalis.

Radices arborꝭ maternalis sunt plures. inter quas sunt fines hominū recreatorū: q̄ piti erāt ra

tione peccati originalis: qui erāt restaurāturi p̄ mortē ihesu xp̄i. p̄ quā originale peccatū fuit cōsumatū. vt supra in arbore apostolicali dictum est. ¶ Adam ⁊ ei⁹ sequaces creati sunt ad gloriam. ⁊ propter originale petūt ab illa gl'ia fuerūt deiatti: sed filio dei placuit hūanā carnē assumere. ⁊ fuit filius deus hō dñe nr̄e: vt adam ⁊ suos cōsequētes restitueret ad finem: ad quē eos creauit. Idcirco domina nostra mater est finis illorum. Mater est inquātum materia. quoniam filius dei ex ipsa carnem humanam assumpsit. vt primorum hominum fines in primo statu restitueret. Idcirco domina nostra est mater finis adam noe abrahā ysaac iacob moysi beati petri ⁊ pauli etiam omnium mundatorum ab originali peccato p̄ dominū nostrum iesum xp̄m filiuz suum. ¶ Finis hominis est recolere/ itelligere/ ⁊ amare/ deum honorare/laudare/benedicere/ ⁊ ei seruire/ ⁊ in illo habere gloriaz euiternā. Est ergo finis hominis valde magnus in bonitate/magnitudine/ ⁊ in alijs formis primis. Et quia plures homines sunt recreati: est domina nostra mater plurium finium: qui sunt radices siue maternitatis. Et in qualibet radice hominis est domina nostra mater plurium finium. sicut est in radice adam. in quo sunt plures fines partiales. sicut finis siue bōitatis ⁊ finis siue magnitudinis. ⁊ sic de alijs finib⁹ corporalib⁹ ⁊ spūalib⁹. Est ergo magna maternitas dñe nr̄e: postq̄ fines sint tot ⁊ tāti in tot ⁊ tantis hoībus. q̄re talis mater ita nobilis ⁊ ita magna digna est: q̄ diligat/recolat/laudet/ intelligat/ honoret/ ⁊ ei seruiat. ¶ Scōz q̄ dictū ē in plurib⁹ locis: hō est finis omniū rerū corporaliū quarū finis perditus fuit per pcm̄ originale. ⁊ eius perditio fuit in deuiatione finis hominuz. Et q̄ finis hominū ad primum statum rediit per recreationē factā p̄ filiū dñe nr̄e redierūt fines corporū celestiū ⁊ oīm el'oz ⁊ el'atorū p̄ illā recreationē ad finē: q̄re creati fuerūt. Est ḡ dña nostra mater oīm finiū illoz. q m̄ si ipsa non esset nullus finiū illoz rediisset nec rediret ad primum statum. ⁊ sol ⁊ luna stelle ⁊ ignis ⁊ alia el'a/ pomerium ⁊ alie plante/ ferrū ⁊ alia metalla/ equus ⁊ alia animalia seruirent hoī frustra: inquā tū hō foret peccator ⁊ suo creatori inobediēs. Idcirco fines illorum p̄diti fuerāt. qui sunt: vt seruiant hoī iusto amico ⁊ seruitori dei. Sed q̄ dña nostra est mater recreatiōis materialiter: est mater oīm illoruz finiū: qui sunt ad seruitēdū hoī. Est ergo dña nostra mater magne maternitatis: fin q̄ fines sunt plures ⁊ magne necessitatis/ vtilitatis/ ⁊ virtutis.

¶ De trunco arboris maternalis.

TRunc⁹ arboris maternalis ē maternitas radicū. vt dictuz est. Et ē trīcius constitut⁹ ex pluribus: inquā tū est habit⁹ generalis. rōe cui⁹ oēs fines corporales redire p̄t ad pristinū statuz. Idcirco cū dña nr̄a ab aliquo fine p̄ticulari tāgitur trīc⁹ q̄ v'lis ē: respōdet illi tactui particulari: sicut totū qō respondet suis p̄tib⁹. Est ergo trīc⁹ hītus pluriū tactuū ⁊ rīsionū. q̄ sunt nāles fz nāz tactuū. sicut martin⁹ q̄ vt fili⁹ spei tāgit dñaz nostrā: rīdet ei dña nr̄a: vt mater spei. Et si ip̄az tāgat cū pietate: rīdet ei dña nr̄a: vt mater pietatis: ⁊ sic ō alijs formis. Quare rōne nature tactuū ⁊ rīsionū p̄tōres inueniūt in dña nr̄a in suis necessitatib⁹ iuuamina ⁊ restaurationes. ¶ Hōmōi nāz trīc⁹ q̄ tm̄ gñalis est ad tātos ⁊ tot tact⁹: ⁊ q̄ incōtinēti ad oēs cū cōplemēto respōdet: valde chare teneri dz ⁊ deberet ipsuz diligēdo/recolēdo/intelligēdo/honorando/ ⁊ ei seruiēdo. Est etiā magis gñalis in magnitudīe bonitatis/ptātis/ ⁊ virtut⁹/ q̄ splendor solis/vel calor ignis/qm̄ nec sol/nec ignis/rīdet tactui/spei/ ⁊ pietatis/charitatis/misericordie/ ⁊ venie. quibus respōdet maternitas domīe nostre. Et p̄pter hoc christiani malefaciūt: q̄ nobilitatē talis trīci nō ostēdūt infidelib⁹ qui in dña nr̄a spem nō habēt nec cognitionē de sua bonitate. immo negāt ⁊ vilipēdūt ⁊ discredūt virtutē excellentē ⁊ nobilitatē: in quibus ipsam deus posuit vt mater oīm corporaliū creaturarū. in quā tū su⁹ fili⁹ cū ipsa oēs corpales creaturas (vt dictū ē) sua benignitate recreauit.

¶ De branchis arboris maternalis.

Branche arboris maternalis sunt due. videlicet natura diuina iesu christi/ & natura humana. Et domina nostra mater est illarum brancharuin inquãtum exiersit in filiatiõe que in ipa facta fuit ex ambab⁹ pdictis naturis. que si quidẽ filiatio est filius de⁹ hõ. qui est fili⁹ deus per deitatẽ. & filius homo p humanitatẽ. & quia ambe filiationes cõiuncte sunt in vno filio maternitas domine nostre attingit ambas branchas natas ex ipsa: in hoc q vnus filius deus homo ex ipa natus est. ¶ Exist de domina nostra brãcha humana cum brãcha diuina. que ipsam generauit ex carne & sanguine domine nostre. & ipsam generauit cum cõceptione domine nostre: que generatiõi cõsentiist. Idcirco dña nostra mater est i incarnatiõe materialiter quãtũ ad corpus dñi nostri iesu xpi: que materia fuit corporalis. & formaliter fuit mater: inquãtum dilexit & credidit cõceptionem. & ita fuit mater corpaliter & spũal'r & materialiter & formal'r. Fuit etiã mater p formã superiorẽ diuinam: que mouit suã conceptionẽ spũalem & materiã corporalẽ ad filiationẽ. Exiuerunt ergo brãche ex dña nra in magna filiatiõe magne maternitatis. & ita magne i magnitudine bõitatis/ durationis/ptãtis/sapie/volũtatis/ vtutis/ & veritatis: q nõ potest nec potuit esse maior p deitatẽ in hũanitate/ nec p hũanitatẽ in deitate/ nec p creatorẽ in creatura. idcirco magnitudo brãchax correspõdet magnitudini maternitatis/ & magnitudo maternitatis eis correspõdet intantũ q rũsio maior esse nõ põt. ¶ Magne arbores magnas hñt brãchas. & sin q brãche sunt magne: vmbre quas faciũt: sunt magne. in quib⁹ se obũbrant hoies qñ fit magn⁹ calor. Obumbrant se ergo hoies quotq̃t nati sunt & nascenr. q̃ sunt i statu saluatiõis: sub brãchis maternitatis inquãtũ defendunt a pena: q̃ cecidit i hũana spẽ rõne originalis pcti. Sit ergo trũcus. audat⁹ & bñdict⁹: a q̃ ita magne brãche exeũt. sub q̃rũ vmbra tot & tãti hoies q̃escũt. ¶ De ramis arboris maternalis.

Misericordia/spes/pietas/aduocatio/humilitas/ & virginitas/ sunt rami arboris maternalis. ¶ Mia ramus est arboris maternalis: inquãtũ pctõres miam inuenisit per dñam nostrã in suo filio qui pctã remittit. q dña nostra mater est mie: inquãtũ suus filius deus homo est mia. Unde inquantũ est magna mia filij & maternitas mie: satisfacit mia magne venie gfe & doni illis: qui miam querunt. ¶ Dña nra est refugium pctõx/ & illox: qui indigẽt habere virtutes & bona tẽporalia/ & q̃ sunt in tribulationibus & periculis. & est refugiũ illox: inquãtũ hfit in ipa spẽ: q ipos in necessitatibus suis iuuet. sicut homo pctõr q̃ est in pctõ luxurie aut auarite: aut i alio peccato: qui habet spem in dña nra: q eũ iuuet ad habendũ castitatẽ charitatẽ aut aliã virtutẽ: quã desiderat. Idcirco spes quã dña nostra habet in suo filio: vt det pctõribus hoc: qđ ab ipo petunt: spei peccatorum rñdet. & ita sibijnuicẽ ambe spes respõdent cũ cõcordãtia magnitudinis: bonitatis: virtutis: & charitatis. ratione cuius responsionis nullus fatigare se debet de dña nostra. ex quo in ipsa est spes. quoniam si se fatigaret: fatigaret se domina nostra in suo filio cũ magnitudine spei. qđ est impossibile. & idẽ de alijs: qui pauperes sunt in bonis tpalibus q̃ spem hñt in dña nra: vt eos iuuet adviuẽdũ. vt suo filio & sibi seruire possint. Etiã bona femina q̃ filiũ suũ habet infirmũ spẽ habet in dña nra: q ipm curet. Item marinarius q̃ est in mari in periculo mortis habet spem in dña nra: vt ad bonũ portũ venire possit. ¶ Pietas quam dña nra habet de pctõribus: est vn⁹ ramus arboris: & est magn⁹ ramus. magnus est: inquãtũ habet magnã pietatẽ. Cum ita sit: q oia opera dñe nre sint magna in magni bonitatis: sapie: volũtatis: vtutis: & veritatis. Est etiã magn⁹ ramus ꝓpter magnã necessitatẽ hoim: de qb⁹ dña nra pietatẽ habet. & q̃ querunt a dña nra auxiliũ per pietatẽ: & q̃ ꝓpter amorẽ ipius pietatem hñt. & sic ambe pietates sibijnuicẽ correspõdẽt. videlicet pietas dñe nre & pietas

hoīm. ratione cuius rñsionis peccatores attingūt p dñam nostram hoc: qđ desiderāt. Itē angeli cōputāt lachrymas quas faciūt homines tlic: cū rogāt dñam nr̄am: q̄ de ip̄is hēat pietatē. ¶ Aduocatio est ramus hui⁹ arboris: vz aduocatio quā dña nr̄a facit p pctōrib⁹: cū ip̄os punire vult iustitia filij sui. ⁊ dña nr̄a aduocat cū mia spe ⁊ pietate ⁊ cū amore: quē habet i filio suo/⁊ quē hz ad peccatores/⁊ cū amore: quē illi habent ad illā ⁊ ad suū filiū/ etiā cum cōtritione: quā habent de eor̄ peccatis/⁊ cū cōfessione: quā faciunt/ etiā cum satisfactione: quā ꝓmittunt/⁊ cum pluribus alijs formis formant dña nr̄a suā aduocationē ⁊ libellū: quē dat filio suo p peccatoribus. Et iustitia filij se defendit accusando peccatores de magnis peccatis: q̄ fecerūt cōtra deitatem: que ip̄os creauit/ que fecerūt etiam cōtra humanitatē: que ipsos recreauit. Etiā fm naturā iustitie ⁊ iudicij. quoniā sic est naturale iustitie iudicare: sicut naturale est intellectui intelligere/⁊ igni calefacere/⁊ solt lucere. Sed quoniā filius homo ⁊ domina nostra sunt advnā partē aduocatiōis: iustitia filij dei ad preces filij hois et sue matris se defendere nō pōt. Est ergo bona aduocata talis: que dicit aduocando. q̄ ita naturale est misericordie misereri: sicut est iustitie iudicare ⁊ punire/etiam plus inquantum per misericordiā sequitur magnitudo bonitatis in gloriādo penitētes saluatos/⁊ p iustitiā in puniēdo sequit̄ magnitudo pene in dānatis. Et iaz domina nostra dicit ⁊ allegat: qđ cōtradicere nō potest iustitia cōtra suā similitudinem. que est penitētia iusta: quā peccatores habēt cū contritiōe cōfessione satisfactione ⁊ cū spe aduocatiōis sue. ¶ Humilitas ⁊ virginitas sunt rami arboris maternalis. vz humilitas dñe nr̄e est ram⁹: inquantū est exēplū ad pl̄es hūilitates. Et est ram⁹ sua virginitas: inquātū exēplū est ad pl̄es virginitates. qm̄ plures hoīes ⁊ pl̄es femine q̄ dña nr̄a hūilis fuit ⁊ virgo: habere volunt hūilitatē ⁊ virginitatē. sicut sunt homines ⁊ femine: qui diligūt religionem: vt habere possint habitum humilitatis in verbis ⁊ in suis vestimētis lectis edifiᷓcijs ⁊ cibarijs. Et idem est de virginitate: cuius habitū in religione conseruant.

¶ De foliis arboris maternalis.

Folia arboris maternalis nouē accidētia gñalia appellamus. Et primo de quātitate dicemus. que quidem quātitas rñdet magnitudini bonitatis arboris maternalis. qm̄ magnitudo bonitatis arboris maternalis extensa est cum quātitate in tantū: sicut est bonitas arboris: que quanta est per quantitatem. Unde cum magnitudo se tantū extendat in bonitate: q̄ maternitas arboris melior est q̄ aliqua alia maternitas/ vel q̄ omnes alie maternitates. Est ergo magna quātitas in bonitate supra oēs quantitates aliarū maternitatū. quoniā nulla alia maternitas filiationē habet: de qua sit deus filius ⁊ homo. sed solūmodo maternitas dñe nostre. Etiā est quātitas maternitatis maior i bonitate q̄ oēs quantitates aliarū maternitatū. cum ita sit: q̄ omnes hoīes recreati ⁊ saluati sint filij dñe nostre per recreationem. ratione cuius filiationis ⁊ maternitatis eiterna liter glorientur. Que quidē gloria est in ita magna q̄titate durationis: q̄ non habet finē. Idcirco magnitudo bonitatis potestatis ⁊c̄. quam habet quantitas continua et discreta: que est huius arboris maternalis ab aliquo viuēte dici nō posset nec scribi.

¶ De q̄litatibus arboris maternalis.

Bonitas acq̄sita ⁊ data est qualitas maternitatis. ⁊ hoc est de magnitudine bonitatis / ⁊ de bonitate magnitudinis. ⁊ sic de alijs qualitatibus arboris. Sicut virtus maternitatis que est ita magna sicut bonitas arboris/⁊ que extēsa est p oēs qualitates arboris. Et quālibet istar̄ qualitatum arboris appropriauit deus maternitati cū tāta magnitudine virtutis ⁊ bonitatis: q̄ ip̄as facit matres per recreationē omnibus bonitatibus et virtuosis qualitatibus hominum recreatorum ⁊ saluatorū. sicut bonitas sancti petri et sua virtus. que sunt qualitates acquisite et p gratiā dei date. que sunt folia per recreationem

qualitatum acquisitax τ datax ex arbore maternali. Et ideo correspondent qualitates arboris maternalis q̃litatib⁹ hominũ saluatox. sicut q̃litates ghales: q̃ respõdẽt q̃litatib⁹ spãlib⁹. sicut bõitas dñe nre que generalis est ad bonitates hoim saluatorum. Et in hoc passu cognoscitur: ꝙ dña nr̃a digna est omni laude/τ ꝙ multum laudetur τ ei seruiatur per suum populũ: cuj ita sit: ꝙ ipsa sit ita bona ita magna τ ita cõpleta omnibus complemẽtis ꝙ ad eam spectat complere omnia complementa: que requirunt qualitates hoĩ saluatorum recreatorum.

¶ De relationibus arboris maternalis.

Mater τ filius relatiue se hñt in creaturis. qm̃ si mater est: oj ꝙ sit filiꝰ. τ si sit filiꝰ creatꝰ: opj ꝙ sit mater. sed extra creaturas põt esse filiꝰ q̃uis mater nõ sit. sicut filiꝰ dei qui matrẽ nõ hj: inquãtũ ẽ deꝰ. τ ponit se in relatione cũ mr̃e: inquãtũ est filius hõ. q̃ siquidẽ filiatio τ maternitas sibĩj̃nuicem respondent ita bene magnifice τ virtuose: sicut sibĩj̃nuicem respondent relatiue. Est ergo responsio relationis in ita alto gradu: ꝙ nullus alius gradus relationis potest eẽ ita magnus in bõitate/ potestate/gloria/ virtute/amore/τ veritate existente gradu relationis create τ increate. ¶ Est alius gradus relationis: que est inter creaturã τ creaturã in maiori magnitudĩe bonitatis q̃ aliq̃s aliꝰ gradus creatus. sicut relatio q̃ est inter dñam nostrã τ filium suum hoĩem q̃ est maior in bonitate q̃ oẽs creature. qm̃ oẽs creature sunt ꝓpter ipsum: q̃ est finis τ cõplementũ oĩm. Est ergo relatio ipsius τ dñe nr̃e supra oẽs relationes creatas. sicut filius melior ẽ q̃ aliꝰ filius creatꝰ/etiã q̃ omnes filij creati. Vnde sequitur: ꝙ mater sit maior postq̃ maiorez habet filium q̃ oẽs alie matres. Et sicut suus filius ẽ finis τ cõplementũ oĩm filiorũ creatox: ita mater sua est finis et complementũ omnium matrum creatarum.

¶ De actiõe τ passiõe arboris maternal.

Domina nostra habet actionez supra demones. qm̃ nullꝰ eorum nocere põt filijs suis. qui sunt filij ipsius ꝙ spẽ: quam hñt in ipsa. τ sunt ipsius filij per charitatem: inquãtum ipsa diligit. etiã sunt filij sui ꝙ custodiam: qm̃ ipsos custodit τ defendit. sicut bonus pastor τ fortis: q̃ custodit suas oues τ defendit. Vnde cũ ptãs demonũ sit magna: quam habent in faciẽdo malũ: est ergo magna actio: quã dña nostra habet in demonib⁹ supra passionẽ: quã hñt inquãtum facere non pñt aliquã rem ꝺ potestatem domine nostre: nec etiã cõtra eiꝰ volũtatẽ. ¶ Est etiã vna alia actio: quã dña nostra hj, q̃ est magis supra. τ in maiori magnitudie bonitatis. qm̃ hj actionẽ in voluntate filij sui: qui est deꝰ hõ. q̃ fortior est ꝙ oẽs angeli τ ꝙ oẽs hoĩes. vnde sicut in bonitate passio est magna: opj ꝙ magna sit in bõitate actio: quã hj domina nostra in volũtate filij sui. q̃ vult omne illud: qđ dña nostra vult. qm̃ si dña nr̃a saluationẽ vult alicuius hoĩs aut sanitatẽ aut ☧itutẽ: suus filius vult: qđ ipsa vult. τ sic factũ est: sicut dña nostra vult siue petit. qm̃ suus filius in oĩbꝰ ei obedit/τ eius volũtatẽ facit: vt ei correspondeat in amore naturali: q̃ est inter filium τ matrẽ/ τ maxime inter maiorem filium τ maiorem matrem.

¶ De habitu arboris maternalis.

2. Domina nr̃a habet memoriam intellectũ τ voluntatem. ꝙ memoriã in habitu hj recolere/τ ꝙ intellectum intelligere/τ per volũtatem amare. In habitu hj recolere: vt peccatores recolat: q̃ ispam recolũt in suis necessitatibus/ tribulationibus/τ timoribus/ τ qui ipsam clamant: ꝙ ipsos iuuet. qm̃ si ipsa ipsos nõ iuuat: mortui sunt τ perditi τ in pluribus verecundijs positi. Quare sicut sol habet in habitu: ꝙ illuminet terram: quam circuit ꝓ dispositionem sui motus: ita τ multomelius cum ita sit: ꝙ domina nostra maior sit in bonitate q̃ sol τ plus habeat de virtute: habet in habitu ad recolendum: cum tacta sit cum recolere hominis peccatoris: qui ipsam in suis necessitatibus recolit: τ qui ab ea iuuamen querit. sicut ignis qui habet ĩ habitu calefacere hominem: qui sibi appropinquat. quia frigidus est. Et si ignis qui non habet ita magnum habitum in calefaciendo sicut domina nostra habet in re

colendo: cum ita sit: ꝙ memoria est nobilior habit⁹ ꝛ altior ꝙ calor: ita fortiter calefacit elatum: quod ei appropinquatur: quãtomagis ergo domina nostra in habitu habet ad recolendum peccatorem q̃ sibi cum penitẽtia spe ꝛ recolere appropinquatur. Et quod dictum est de habitu memorie: est dicendum suomodo de intellectu ꝛ voluntate.

¶ De assituatione arboris maternalis.

Domina nostra est in celo empireo corã filio suo domino iesu xp̃o. ꝛ propinquior est suo filio ꝙ aliqua alia creatura. ꝛ sub ipsa sunt angeli ꝛ homines stantes per ordines: quilibet iuxta alium. qui cãtãdo ipsaꝫ laudant ꝛ benedicunt/ ꝛ ei reuerentiam faciunt ꝛ honorem. cuius corpus gloriosuꝫ in maiori splendore assituatum est ꝙ sol. cuius etiam caput virginitate ꝛ maiori sanctitate coronatuꝫ est ꝙ aliquod aliud caput capite filij sui excepto. Est ergo assituatio glorioſi corporis domĩe nostre valde pulchra ꝛ formosa advidendum ꝛ multũ amabile: qđ videatur. ¶ Est etiã alia assituatio domine nostre: que est spiritualis. sicut sua mẽoria in bono recolere assituata/ ꝛ eius intellectus in bono intelligere/ ꝛ suavolũtas in bono amare. Et ſm ꝙ obiecta que domina nostra accipit recolendo/ intelligendo/ ꝛ amando/ sunt in magnitudine bonitatis assituata: recolere/ intelligere/ ꝛ amare ipsius sunt in magnitudine bonitatis assituata. ẽ ergo magna assituatio quam domina nostra habet in recolendo filium suum deum ꝛ hominem/ ꝛ peccatores qui ipsaꝫ reclamãt/ ꝛ illos qui ponunt suam bonitatem nobilitatem ꝛ charitatem in eorum recolere/ intelligere/ ꝛ amare.

¶ De tempore arboris maternalis.

A principio mũdi vsq̃quo filiꝰ dei fuit incarnat⁹ ꝛ crucifixus: nullus homo fuit: qui paradisum intraret. Expectabant ergo prophete ꝛ sancti: qui erant in inferno: temp⁹: in quo domina nostra nascitura erat: ꝛ etiã tempus in quo filius suus foret incarnatus. vt fructus beator̃ in illo tempore colligerentur: sicut colliguntur fructus plãtarum in estate. Quare illud tempus fuit valde nobile ꝛ ita centrum ꝛ finis omniũ aliorum. sicut punctus in medio loco circuli: ad quem se habet vnio ꝛ aggregatio plurium linearum. ¶ Preterea ad illud tempus se habuerunt omnia alia tempora corporum celestium ꝛ terrestrium ꝛ eorũ motus. vt essent recreata. quia oĩa hominibus deo inobedientibus seruierũt: in quorum seruitio finem seruitij non attinxerũt. nec finez: propter quẽ creata fuerunt. quẽ finẽ perdiderunt ꝓpter originale peccatum. Fuit ẽrgo tempus in quo domina nostra nascebatur in valde magna exaltatione ꝛ in magnitudine bonitatis ꝛ in magna desiderabilitate sanctorum ꝛ vtilitate illorum ꝛ in magna amabilitate corporum celestium ꝛ terrestrium.

¶ De loco arboris maternalis.

Domina nostra est in ꝓadiso et mater in filio deo hoĩe. in qua de⁹ hõ ẽ filius. ita ꝙ mater est mater ꝓ filiũ. ꝛ filius est filius per matrẽ. Et idẽ suomõ de peccatoribus q̃ in domina nostra habẽt spez: qui sunt filij spei: in quantum sunt filij domine nostre in spei qua sunt. Et hoc est magnuꝫ mirabile: ꝙ sint filij spei/ ꝛ ꝙ sint in spe/ ꝛ ꝙ per spem sint filij dñe nostre. in qua sint cum spe. verũtamẽ ſm magnã localitatẽ maternitatis magnuꝫ mirabile non est. qm̃ sicut firmamẽtũ in se plura ꝓtinet rõe sue magne quãtitatis ꝛ localitatis: ita dña nra in se cõtinet plures spes peccatorũ: cũ quibus peccatores sunt in illa collocati ꝛ obumbrati. ita sicut pulli sub alis gallie matris illorum in suo calore calefactorum significantium calefactionem hominũ peccatorũ. quã hñt in amãdo dñaꝫ nraꝫ. Qui siq̃dẽ pctõres calefacti sunt ꝓ amorẽ dñe nre: q̃ ipsos spe induit ꝛ inuitat ad locuꝫ btm̃: ĩ q̃ stat. in quo euiternal'r collocent.

¶ De floribus arboris maternalis.

Flores arboris maternal' sũt actus dignitatũ domine nostre. cũ quibus fructus colligitur: sicut bonificare qđ est actus bõitatis domine nr̃e ꝛ magnificare: qđ est act⁹ sue magnitudinis: ꝛ ꝓ seuerare: bõificare: ꝛ magnifica

re:qȝ est actus siue durationis: inquantū durare facit suū bonū ꝛ magnū recolere intelligere ꝛ amare bonificare ꝛ magnificare. Et idē est de actu potestatis: quod est possificare: cū quo possificatur bonum ꝛ magnum recolere intelligere ꝛ amare. Et idē est de actu virtutis. rōne cuius recolere intelligere ꝛ amare dñe nostre sunt virtuosa. Et idem est de actu veritatis: qui est verificare. per quod sunt ī veritate alīs flores. Et idē est de actu glorie: ꝓ quē sunt alīs actus in gloriari. ¶ Sicut plures voces fīn artem musice aut soni corpoꝝ celestium multiplicāt vnū tertium sonum cō munem ꝛ placentē ad audiēdū: ita actus bonitatis magnitudinis duratiōis potestatis virtutis veritatis ꝛ glorie tres flores multiplicant: q̄ sunt gn̄ales. qui sunt recolere ītelligere ꝛ diligere dñe nostre. vt cum illis fruct⁹ magnos ꝛ valde excellentes in bonitate duratione potestate gloria virtute ꝛ veritate colligere possit. sine qua excellentia ꝛ magnitudine florū nō possent fructus excellētes colligi. ¶ Recolere intelligere ꝛ diligere domine nostre sunt flores sublimes ꝛ alti ita ꝛ multomelius ꝙ flos lilij stat alte in albedine ꝛ odore/ꝛ sicut rosa in rubedine et odore/et flos sarmenti: qui ascendit supra florem cuiuslibet alterius arboris: cum quo participat/ꝛ flos aloe: qui superior est in vtilitate ꝙ flos pumi. Et ita sunt alti flores domine nostre: ꝙ omnes flores hominum peccatoꝝ qui in ipsa spem habent: obumbrati sunt sub vmbris florum superiorum. qui de ipsis saporem vtilitatem colorem ꝛ odorem accipiunt. Ad quam vmbram venire valeamus propter eius amorem.

¶ De fructu arboris maternalis.

IEsus xp̄s fructus est domine nostre virginis ꝛ matris glorioſe. Et sicut pomū fructus est qui colligitur in tpe caloris: ita domina nostra suum fructum colligit cum amore. ꝛ illum colligit tempore misericordie. videlicet cum su⁹ filiꝰ dñs ihesus xp̄s remittit pctā pctō ris ꝓpter amorē ipi⁹. Et sicut pomū colligitur ad dandum saporem ꝛ odorem/ꝛ rosa ad dandum placentem colorem: ita dñia nostra suū fructum colligit cum placito recolēdi intelligēdi ꝛ amādi: qȝ habet in suo filio ꝛ in suis operibus. ¶ Colligitur fructus dñe nostre ad dandum vitam hoībus: qui mortui erant ꝓpter peccatum originale. ꝛ in illo qui est fructus vnitus ex natura diuina ꝛ humana: colligit dña nostra fructus peccatoꝝ qui in illa spem habent. qui siquidem fructus sunt fines. de quibus dictum est in radicibus huius arboris. ꝛ peccatores colligūt spes: cōtritiones: lachrymas: suspiria: fletus: ꝛ amores: vt fructus dñe nostre colligere possint ꝛ ad suam gloriam venire.

¶ Dñia nostra suū fructum collegit in natiuitate cum virginitate. quoniam virgo ipsum concepit. ꝛ collegit ipsum cū paupertate: quoniā cum humilitate ip̄m cōcepit. ꝛ ip̄m collegit sine aliqua passione: qr ip̄m concepit sine aliqua corruptione. ꝛ collegit in suo filio hoīe filiū deum: qui suus pater est et filius. pater suus est per creationem. ꝛ suus filius per incarnationem. huiusmodi filium ita collectū domina nostra collegit cum gratia sancti spiritus: ꝛ cū bonificare: magnificare: possificare: gloriari: ꝛ verificare sui recolere: intelligere ꝛ amare.

De arbore iesu christi.

Summarium.

ARbor christianalis versat circa dominum iesum christū. Et diuidit vt alie arbores in septē partes. videlicet in radices/ truncū/ branchas/ ramos/ folia/ flores/ ꝛ fructus.

¶ Radices sunt principia generalia diuina ꝛ humana.

¶ Truncus est iesus christus.

¶ Branche sunt due: scilicet natura diuina ꝛ humana.

¶ Rami sunt respectus quos habēt ambe nature.

¶ Folia sunt accidentia iesu christi.

¶ Flores sunt actus radicum.

¶ Fructus est recreatio ꝛc.

Arbor christianalis.



¶ De arbore christianali.

Et arbor diuiditur in septē ptes: que sunt radices/truncus/brāche/rami/folia/flores/ꝛ fructus. ꝛ est arbor duplex. vna ps est de creatura. alia xo de creatore. Et est arbor in qua creator participat cū oībus creaturis inquantum ambe nature vnite sunt in vnitate vnius persone.

¶ De radicibus arboris ihesu xpi.

Dñe nature sunt ex radicib⁹ in hac arbore.q̃dã radices sunt ex pte nature hũane.cetere xo ex parte dine nature. Radices q̃ sunt ex pte hũane nature: sunt sicut hũana bonitas realis:cl'alis:vegetalis:sensualis: imagĩalis:r rõnalis.vt dictũ est in arborib⁹ nãlibus r primis. Et hec bonitas hũana dñi iesu xp̃i ẽ vnita cũ sua bõitate dina: ĩtãtũ q̃ dñs ih̃s xp̃s bon⁹ est p ambas bonitates. Est hõ bon⁹ p bonitatẽ hũanã / r est deus bon⁹ per bonitatẽ diuinã. Et est hõ bonus de⁹ per diuinã bonitatẽ: r bonus de⁹ est bon⁹ hõ p hũanã bonitatẽ: intãtũ q̃ duc sunt bonitates.vz bonitas hũana/ r bonitas diuina:r ambe nature.vz natura diuĩa r nã hũana sunt bone p quãlibet bonitatẽ. Et qz vna bonitas trãsit ĩ aliã: est facta participatio ambar bonitatum: ita r multomeli⁹ q̃ vinũ limphatũ: qđ in cipho participat cũ aqua exĩtevino ĩ aq̃/ et aqua in vino. ¶ Hũana bonitas venit ad diuinã cũ quinq̃ naturis/ q̃nq̃ primarũ arbor.r dĩna bonitas venit ad hũanã bonitatẽ in ꝓpria ꝑsona filiali diuina bonitate cõi exĩte: ita p̃ri r filio r spũi sctõ/ r multomeli⁹ sicut cõis bonitas humana dñi iesu xp̃i:que cõis ẽ quinq̃ naturis arborũ. et sicut cõis bonitas quinq̃ arborũ venit spãlis in hoie spãli : qui est dñs ih̃s xp̃s.ita diuina bonitas ꝑsonalis q̃ est de⁹ filius: ꝓprie venit ad humanã bonitatez dñi iesu xp̃i qui spãlis est. r sic participãt ambe bonitates in vno indiuiduo.qui est iesus xp̃s. Et quia hũana nã spãlis ĩ dño iesu xp̃o pticipat cũ cõi.r filialis bonitas diuina cõis est in nã cũ bonitate p̃rnali r spiritali:pticipat diuĩa nã cũ hũana iesu xp̃i/r per illã cũ omni reali nã creata. Et sicut exemplũ dedim⁹ de humana bonitate r diuina: dari põt exemplum de humana magni⁹ r diuina.r sic de ceteris radicib⁹ arborĩs.Et in h̃ passu cognoscit̃ modus icarnatiõis filij dei r pticipatio: quã deus hz cũ oĩb⁹ creaturis p incarnationẽ. quã probauim⁹ in arbore aplicali / r quã iterũ ꝓbare intẽdim⁹ in hac arbore.ĩ qua modũ incarnatõis tractam⁹. vt de illo cognitio habeat. ¶ Humana bonitas dñi iesu xp̃i venit ad diuinã bonitatẽ: ĩquãtũ diuina ip̃az sibi attrahit r sue nature:ita r multomelius q̃ olea in oleastro inserta. q̃ ad suã nãz trahit nãm oleastri:q̃ venit. Et diuina bonitas venit ad hũanã cũ sua ꝓpria nã.que est supra curſuz nãlẽ hũane bonitatis : ita r multomelius q̃ nã olee: q̃ est supra nãm oleastri. r sicut olea facit stare nãm oleastri in seipõ:itaz multomelius diuina bonitas in se stare facit hũana bonitatẽ. Et in h̃ passu modus cognoscit̃:sm quẽ hũana nã dñi iesu xp̃i ĩ diuia nã sustẽtat̃.r ambe nature distincte remanẽt in vna persona:q̃ est dñs iesus christ⁹.

¶ De trunco arboris iesu christi.

Huic⁹ arboris dñi iesu xp̃i duplex ẽ: ĩquãtũ sunt due nature.r est vn⁹: inquãtũ nature sunt vnite. Ita et multomelius q̃ denarius ex auro r argento:q̃ est ex duob⁹ metallis.r est vna substãtia ꝯpositaex ambob⁹.verũtñ exẽplũ non sufficit. qm̃ denari⁹ est in tertio nũero: r trũcus ĩ tertiũ numerũ nõ trãsit.qm̃ nã dĩna semper remanet absq̃ mutatiõe augmẽtatione r diminutiõe.sz itãtũ exemplũ sufficit: q̃ sicut denari⁹ est vn⁹ et ex plurib⁹ naturis:ita dñs iesus xp̃s ẽ vna substãtia/r est ex pl'ibus naturis.Adhuc exẽplũ nõ sufficit:qm̃ in denario aurũ r argẽtũ intrant cõpõnem.sz dĩna nã ꝯpositionẽ nõ intrat cũ hũana.qm̃ ita magna est eius simplicitas:q̃ in ꝯpõnem intrare nõ põt.qm̃ si cõpositionẽ itraret:sua simplicitas magna nõ esset:et in tertiũ nũerũ trãsiret ex duabus naturis cõpositũ. ¶ Ad denariũ cõponẽdũ nãliter veniũt partes inuicẽ alie in alijs.sicut aurũ fusum:r argẽtũ fusum artificialiter quoz ptes nãl'r inuicẽ itrãt alie in alijs. r vnã subam faciũt. q̃ est vn⁹ denari⁹ artificial'r fact⁹. rõne artificialis fusionis.Est ꝯ denari⁹ p artificiũ/ et nõ p naturã . Sed dñs iesus christus est vnus ex duabus naturis per aliuz modũ. vnus est ex duabus naturis: inquantũ est ex natura humana r natura diuina. et natura diuina et humana remanent distincte.et homo factus artificialiter ex domina nostra/et ex anima rationali in natura diuina.Et qz factus est de natura corporali et

anima rationali: est naturaliter hō. Et qz factus est hō in natura diuina: que ipsam humanā naturā assumpsit: de qua induta est: est factus artificialiter filius dñe nostre. Et factus est supza cursum nature/ꝛ filius dei factus est hō supza cursum nature. Et sic dñs iesus xp̄s est vna persona ex duab⁹ naturis. ꝛ est nāliter vna persona: postꝫ est ex duab⁹ naturis. ꝛ est vna ꝓsona artificialiter: postꝫ incarnatio fctā est artificialr et supza cursuz nature. ¶ Trū cus est ex humana bonitate magnitudie duratione. ꝛ ceteris radicib⁹ hūanalib⁹. est etiā ex diuina bonitate magnitudine eternitate. ꝛ ceteris diuinis dignitatib⁹. Et qz radices hominis et dignitates dei participāt in vno trūco: qui est de⁹ homo vocatus iesus xp̄s: cū tangit truncus cuz similitudinib⁹ suarū naturarū: illi tactui rñdet ſm suas naturas. cū ita sit: qꝫ inter sil̄itudinē ꝛ sil̄itudinē sit naturalis ꝯcoꝛdantia. Idcirco si martin⁹ bon⁹ est/ et bonum amare ꝓducit: cum q̄ diligit dñm iesum xp̄m: rñdēt bonitates dñi iesu xp̄i. vz diuina bonitas ꝛ hūana bonitati martini ꝛ bonitati sui amare. Et hoc idē facit̄ duc voluntates. vz diuina ꝛ humana. q̄ diligit martinū: ꝛ suū amare: ꝛ suā bonitatē: ꝛ bonitatē sui amare. Et idē est de alīs naturis ꝛ ptib⁹ trunci. sicut si martin⁹ tangit dñm iesum xp̄m cū suo recolere: intelligere: et amare: ptāte: ✠tute. ꝛ sic de alīs. quare ꝛ multomeli⁹ q̄ꝫ si hō tāgeret tympanum in vno loco: oēs partes illi⁹ rñderēt. ita nature ꝛ partes dñi iesu xp̄i tactui respondēt: quē hoīes sibi facit̄ rogādo/cōtemplādo/honoꝛādo/laudādo/obediendo/ꝛ in administrādo. est ꝑ talis tact⁹ bonus/ꝛ est magn⁹: postꝫ magna est rñsio. ¶ Si martin⁹ tangit trūcū cum modico amore/ꝛ tangit illū: vt suū filiū infirmum curet: cui portat magnū amoꝛē: trūcus ꝛz q̄ tāgitur a martino: rñdet. qm̄ magnus amoꝛ dñi iesu xp̄i: non rñdet cum magno amare modico amare martini: postꝫ tāgitur cū modico amare. nec rñdet magno amare: qđ martinus portat suo filio. qm̄ iniurioſe tangit̄: inquantū martinus tangit cum minoꝛi amare maioꝛez bonitatē/ꝛ cū maioꝛi amare mīoꝛem bōitatē. Et in hoc passu cognoscit̄ modus: rōne cui⁹ homines q̄ rogant dñm iesum xp̄m ioꝛdinate: nō exaudiſtur/ꝛ in suis petitionib⁹ puniuntur. I quib⁹ oz q̄ sic ꝑ iustitiā puniātur: sicut exaudirētur: si bonū modum habuissent in rogando dñz iesuz xp̄z. ¶ In pomo sunt ꝯttuoꝛ elemēta ꝑ vnū modum ſm ꝯcoꝛdātiā/ꝛ ꝑ alīū ſz ꝯtrarietatē. ſm cōcoꝛdantiā: sicut ignis ꝛ aer: q̄ hñt ꝯcoꝛdantiā in caloꝛe: ꝛ inquātū ignis suā dat sil̄itudinē aeri/ꝛ aer appetitū hz ad accipiendū suā sil̄itudinē. vz calorē ignis. Secundū ꝓrietatē sicut ignis ꝛ aqua. q̄ ꝓriantur per calorē ꝛ frigiditatē. qm̄ aqua sil̄itudinē ignis accipere nōvult. sed ei cū sua frigiditate quātū potest resistit. Iste talis modus ꝓrietatis q̄ est in pomo: in trunco nō est. qm̄ nā diuina ꝛ hūana ꝯcoꝛdantiā hñt/nā diuina se dante hūane nature. vt deus fiat hō/ꝛ hō fiat deus/nā diuina accipiente hūanā/ipsa nā diuina remanēte hoc: qđ est sine aliq̄ mutatione vel alteratione. Et in h̄ passu cognoscit̄: q̄ nā diua non accipit aliquā alterationē vel mutationē suiipsius in ꝯiunctiōe: quā facit cuz hūana. sicut ignis q̄ nullā accipit alterationē in ꝯstitutiōe: quā facit cū aere ꝑ caloꝛē/ꝛ aerē exaltat ad statū nobiliorē: inquantū ipm induit suo caloꝛe cū cōcoꝛdātia. sicut hūana nā: q̄ exaltatiōez recipit: inquātū nā diuina est īduta cū ꝯcoꝛdantia. Idcirco malefaciūt saraceni ꝛ iudei: qui negant incarnationē filij dei dicētes: q̄ deus alteratiōez acciperet in ꝯiunctiōe ꝛ vnione: quā faceret cū hoīe: in quo sunt plures defect⁹ nāles. qui hō vult deus eē: vt sit cognitū: q̄ sua bonitas ꝛ ꝯplemētuz nullā infinitatē vel alterationē ꝑ aliquaz vnionē vel cōiunctionē quā facit cū hoīe: recipere pōt. qm̄ sua eternitas ipm durare facit immutabilē/ꝛ sine cremēto et decremēto. ¶ In trūco natura diuina ē pn̄cipiū/ꝛ hūana nā pn̄cipiata. qm̄ de⁹ pn̄cipiauit hoīez ex dña nr̄a. ꝛ ipm pn̄cipiauit in seipō: vz in sua deitate. Idcirco homo pn̄cipiare nō pōt aliq̄d in deo / postꝫ totus principiatus est/ ꝛ pn̄cipiat⁹ de pn̄cipio materiali in principio formali: q̄re hō ꝑ suā naturā nec per aliquā ei ptinētē substantialiter vel accidētaliter vilificare

